moratm̄ socratis hoc est facit secundariam noticiā de socrate et sic
relatio scd̄m pristianū loco preallegato est ante late rei recordatio
In qua quidem predicta descriptione relatiui recordatiuū ponit᷑
loco generis. Ante late rei ponit᷑ loco differentie q₂ p hoc relatiuū
differt ab antecedente q₂ relatiuū facit secundariā noticiam de re
an̄cedentis et est signum excitatiuum potentie ↄgnitiue ad facien
dum recordationem de re de qua prius mentio est facta per ante=
cedens. Dicitur tandem rei vbi tangitur significatum relatiui q₂

per hoc qđ relatiuum facit recordationem est signum rei de qua facit recordationem.

Relatiuorũ antẽ aliud est substantie Aliud accidentis Substantie quidez vt q̇ que qđ is suus ipse sui et ille Accidentis quidem vt talis qualis tantus quantus

Relatiuũ substantie. est qđ refert rem per moduz substantie vt sortes currit qui mouet. albedo q̃ est in pariete color q̇ est in corpore vbi reltm̃ scz q̇ et q̃ refert suũ añcedens p modũ substãtie siue p modũ subsistẽtis Et dr reltm̃ substãtie nõ q̄ referat substãtiaz vl' dictionem ſcantem rem substãcialem Sed ideo qr quicquid refert siue substãtia siue accñs refert p modũ sbstantie siue p modũ sbsistentis.

Relatiuũ accidẽtis. Est qđ refert rem suaz p modũ adiacentis alteri siue p modũ denomiationis vt socrates est albus et talis est plato talis est paul⁹ quale est mare vbi reltm̃ scz tale vl' quale refert suũ añcedens p modũ adiacẽtis alteri siue p modũ denominationis. ⁊ dicit accidẽtis nõ ex eo qr refarat accidẽs Sz ideo qr quicq̃d refert p modũ adiacẽtis alteri siue p modũ denomiationis refert scz suũ añcedens p ut inhereat vl' adiacet ↄcretiue alteri Dico notanť cõcretiue ꝓpter nomia ſcantia accñs abstractiue siue p modum p se stantis et non alteri adiacentis vt albedo nigredo fortitudo. ⁊c.

Sciẽduz secundo. q̄ reltm̃ substantie differt a relatiuo accidẽtis dupliciter Primo qr reltm̃ substantie refert eandez rem in nũero ⁊ p modum qđ quid et sic facit relationẽ psonalez vt sortes currit qui mouetur aiax venit ad troiam et idem pugnauit vbi relatiuum semp refert eandem rem in numero.

Unde relatio psonalis est illa. In qua relatiuũ et antecedens supponũt p eadem re in numero id est pro eadem persona ↄdictionibus indiuiduantibus indiuiduata Sed relatiuũ accñtis est qđ nõ refert eandez rem in nũero ꝫ in spetie quia vnum et idem accñs in numero non potest esse in diuersis subiectis sed bene in spetie et sic facit relationem simplicem

Unde relatio simplex. Est qñ reltm̃ nõ refert eandem rem in numero ꝫ in specie vt sortes est albus ⁊ talis est plato vbi talis refert eandez albedinẽ in spetie ꝫ nõ in numero Et ideo dr simplex

relatio q2 reltiū refert eandez rem in spetie. mō spēs est natura sim-
plex et indiuisibilis Scdo differūt q2 reltiū substantie capit suū ge
nus a dictione precedenti vt video hominē qui est animal Aliqñ
tamē et improprie capit suū gen9 a dictione sequenti vt in semine
tuo qui est christus Sed relatiū accñtis capit suuz gen9 a dictione
sequenti vt talis est nilus quale est mare vbi hoc relatiū quale ca-
pit suuz genus ab hac dictione scz mare cū qua ꝯuenit in genere
Nullū tale est deo sacrificiuz qualis est salus aīaꝝ vbi qualis cōue
nit cū dictione sequēti in genere. aliqñ tamē ꝫ improprie trahit su-
um genus a dictione ꝑcedenti. Unde oratius putrescētes māme
sunt tales q̄les eq̄na vbera vbi relatiū quales trahit suuz genus a
dictione precedenti et non sequenti.

Sciendū tercio. Q2 reltiū substantie est duplex scz idemptitatis et diuersitatis

Relatiuū substantie idemptitatis est qd supponit pro eodez qd re
fert hoc est qd refert eandem rem in numero et ꝓ eadem supponit
vt socrates currit qui mouetur vbi hoc reltiū qui refert socratez 7
supponit hoc est scdm intellectuz accipitur pro eodem socrate in
numero Et dicit reltiū substātie q2 refert eandem rem in nūero ꝑ
moduz ꝑ se stantis et dicit idemptitatis q2 supponit ꝓ eadez re in
numero quam refert Cuius ratio est q2 relatiuū substantie refert su
um antecedens sub maxima vnitate qua potest Sz maxima vni-
tas in substantia est vnitas numeralis ergo relatiuū substantie re-
fert suum antecedens sub vnitate numerali.

Relatiuū diuersitatis. Est qd supponit ꝓ alio ab eo qd refert

vt sortes currit et alius disputat vbi hoc reltiū alius refert socra-
tem et tamen non supponit pro eo sed pro alio a socrate vt sortes
currit et alius disputat .i. sortes currit et alius a socrate disputat

Relatiuum autem substantie.

idemptitatis vlterius diuiditur in relatiū substantie reciprocuz 7
non reciprocū Relatiū reciprocū est qd refert substantiaz agentem
sub modo pacientis vt socrates videt se vbi hoc reltiū reciprocuz
scilicet se refert socratem que est substantia agens hoc est principi-
um actus videndi et ponit illam substantiam agentem scilicet so-
cratem sub modo pacientis quia reflectit actum videndi in illud
idem suppositum a quo exiuit Et ideo dicitur reciprocum a vbo
reciproco as are qd idem est qd petere vel reflectere quia per quā-
libet orationez in qua ponitur relatiuum reciprocum significatur

ibi reciprocatio que nihil aliud est quam reuersio actus in idez principium a quo processit.

Relatiuū substātie non reciprocum Est qd non refert substantiam agentem sub modo pacientis vt qui ille ipse. Scias tamen ꝙ relatiuuz substantie reciprocū nō potest diuidi in relatiuū reciprocū substantie diuersitatis quia reciprocatio est circularis relatio. Modo in circulo non est aliqua diuersitas sed idemptitas ex quo ibi idez est principium et finis quapropter sequitur ꝙ nullum habemus relatiuum reciprocuz diuersitatis ꝫ omne tale est idemptitatis. Sic similiter ꝛc.

Relatiuū accidentis diuidit̄ in relatiuū accidentis idemptitatis et diuersitatis. Relatiuū accidētis idemptitatis est ꝙ refert idem accidens in spetie ꝓ quo supponit cū suo añcedenti vt sortes est alb⁹ ꝛ talis est plato vbi hoc relatiū talis refert albedinez socratis in specie ꝓ qua supponit Et dr reltiū accidēt; qr refert suū añcedens ꝑ moduz denominationis id est ꝑ modū inherēt; siue adiacentis alteri Et dicit̄ idemptitatis qr supponit pro eodem accidente in sperie. Cuius ratio est qr relatiuū accident; debet referre suum añcedens sub maxima vnitate qua potest Sed maxima vnitas in accidentib⁹ est vnitas specifica ergo relatiuum accidentis vult referre suuz antecedēs sub tali vnitate specifica et non sub vnitate numerali quia vnum et idem accidens in numero non potest esse in diuersis subiectis.

Relatiuū accidētis diuersitatis est qd supponit pro alio accñte ab eo qd refert vt iohānes ē alb⁹ et alteriusmodi est plato vbi hoc reltiū scz alteriusmodi refert eandem albedinem in spetie ꝫ supponit ꝓ alia qualitate ab ea quā refert et istis relatiuis nō habem⁹ ꝓpria nomina imposita ꝫ circūloquimur ea ꝑ hoc complexum alteriusmodi alterius quātitatis alteri⁹ qualitatis vt iohannes est magn⁹ et alterius quantitatis est petr⁹

Sciendū quarto. Qr añcedens est dictio faciens ṗmaz noticiā de re vt hō currit qui mouet̄ vbi hec dictio scz hō dr añcedēs ꝛ facit ṗmaz noticiā de homīe in ordine ad illd reltiū scz q̇ qd facit scdaz noticiā de eodem ꝛ illa noticia dicit̄ ṗma nō simpl'r ꝫ in ꝯpatiōe ad reltiū sbsequēs qd facit scdaz noticiā et ideo dr añs a v̄bo añcedo is ere qr añcedit .i. p̄cedit suuz reltiū ꝛ ideo ip̄m reltiū nō habz locū in oīōe nisi et precesserit suum antecedens vocaliter vel mentaliter Di-

citur notanter mentaliter qꝛ scd̃m priſtianū primo mioris Antecedens nō ſemp expreſſe ponit ſꝫ poteſt ſbintelligi relatiuo poſito expreſſe vt venit cuius cauſa deeſt exigit cui debeo Amo cuius miſereris minat quē timeo. Floret quo docente ꝓficio. In quibus omnibus orationib⁹ ponit reltm̄ p defectiuū ſui antecedētis et ergo in omnibus iſtis orōnibus ſubaudiend⁹ eſt nomiatiu⁹ loco antecedentis poteſt etiā antecedens ſubintelligi in obliquo relatiuo exiſtenti ſimili obliquo vt miſereor cui⁹ miſereris parco cui parcis. cui des videto Amor quo gaudeo. In quib⁹ orationibus añcedens ſubintelligitur in obliquo ⁊ ſic ex p̄dictis pꝫ ꝙ añcedens ſubintelligitur in relatiuo ſꝫ nō ecōuerſo hoc eſt ipſuꝫ aūcedens bene poteſt intelligi in relatiuo ſꝫ relatiuū non poteſt intelligi in ſuo antecedente Cuius ratio eſt qꝛ antecedēs habet ſe vt prius ex quo facit primam noticiam. relatm̄ aūt habꝫ ſe vt poſterius ex quo facit ſecundam noticiaꝫ. modo in poſteriori bene poteſt intelligi prius ſꝫ non ecōuerſo Alia ratio eſt qꝛ ſignificatuꝫ relatiui non p̄t intellligi ſine ſignificato ſui antecedentis ꝓpter reſpectū quē reltm̄ habet ad ſuū antecedēs Sꝫ ſcatuꝫ añcedentꝫ bene poteſt intelligi ſine ſignificato relatiui vt poſſū intelligere ſcatum iſtius orōis hō currit abſqꝫ ſcato alteri⁹ orōis Sꝫ nō poſſū intelligere ſcatuꝫ iſtius orōis qui diſputat abſqꝫ ſcato ſui añcedentꝫ et ḡ añcedēs poteſt intelligi in relatiuo ſed non ecōuerſo vnde floriſta Nulla relatiua des ſcire per anteriora Per que relatiua dare tu potes anteriora et hoc eſt veruꝫ niſi ſit relatiuū antecedentis quia ſcd̃m priſtianuꝫ relatiua accidentis ratione demonſtrationis poſſīt intelligi in ſuis añcedentibus vt demonſtrato virgilio talis fuit homer⁹ vbi ſubintelligit qualis eſt virgilius Similiter demonſtrato nilo iſto fluminio. tale eſt mare qꝛ ſubintelligitur qualis eſt nilus vbi reltm̄ ſubintelligit in añcedente qd̃ ſoluꝫ ſit qꝛ relatiā accidētis vnū ſcant et aliud demonſtrant et ſic ratione demonſtrationis admittitur relatiuū intelligi in añcedente ſꝫ alias nunquam His preſuppoſitis Sit hec.

Concluſio reſpōſalis Eſt qd̄ re

latiū grāmaticale ſbſtantie idēptitatis nō reci ꝓcū et ſuū añcedens ambo caſualia in orōe ſimpliciter cōgrua volūt cōuenire in numero in genere et aliquādo in pſona ⁊ in caſu Dicitur primo in regula reltm̄ grāmaticale ꝓpter excludere relatiū loycale de quo regula non intelligitur Vt ſunt pater filius dominus ſeruus Dicitur ſecundo relatiuum ſubſtantie ꝓpter relatiuum accidentis quia non oportet relatiuum accidentis ꝯuenire cū ſuo antecedēte in p̄dictis accñtib⁹ vt tunica eſt nigra ⁊ tale eſt ſcamnū Talis ē nil⁹ q̄le eſt ma

re. Dicit tercio idemptitat; q2 nõ oportet reltm̃ diuersitatis cõue-
nire in nũero ⁊ in casu cum suo añcedente vt sonor ali⁹ vox alius
nõ vox vbi reltm̃ diuerlitat; scz alius discõuenit in nũero et in ca-
su cũ suo antecedẽte Dicit quarto nõ reciprocũ q2 nõ oportz reltm̃
reciprocũ ꝯuenire cũ suo añcedente in p̃dict accidẽtib⁹ vt iohan-
nes diligit se Dicit quinto ad suũ antecedẽs ꝓpter illaz vl'ꝯsilez spe
cies est qð predicatur de pluribus nũero differẽtib⁹ vbi hoc reltm̃
qð non refert ad antecedẽs expresse positũ scz spẽs ꝫ ad antecedẽs
subintellectum scz vniuersale vt sit sensus species est .s. vniuersale
qð predicat de pluribus Similit ibi rex est cornoti patrie que p̃ualz
omni vbi que nõ refert ad antecedẽs exp̃sse positũ ꝫ sbintellectuz
scz ciuitas vt sit sens⁹ rex est cornoti scz in tali ciuitate q̃ .s. ciuitas p̃-
ualet omni patrie Dicit sexto ambo casualia ꝓpter excludere relati
ua nõ casualia de quib⁹ regula nõ intelligit. vt sortes currit taliter
q̃liter plato Dicit septimo in oõe simpliciter congrua ꝓpt illaz vl' cõ
similez est pia stirps iesse quẽ christũ credim⁹ esse Dicit octauo ali
quãdo in ꝑsona et in casu ad denotandũ ꝙ nõ oportz reltm̃ ⁊ suuz
antecedẽs semp esse eiusdez ꝑsone et casus Nã hec ẽ congrua Ego
sum quẽ vides. tu es studiosus quẽ diligo ⁊ tamẽ ibi reltm̃ et suuz
añcedẽs non sunt eiusdez ꝑsone nec eiusdez casus q2 añcedens scz
ego est prime ꝑsone ⁊ reltm̃ scz quẽ est tercie ꝑsone ergo bene dicit
in regula aliquando in ꝑsona et in casu Et scias ꝙ relatiuum et suũ
añcedens semp volũt habere diuersa verba vel vnum verbũ ge-
minatum. Vñ florista Precedens et qui binis verbis volo iungi
Diuersis. verbum vel detur eis geminatum In quibus verbis
vult ꝙ reltm̃ et suũ antecedẽs volũt construi cum diuersis verbis
vel cum vno verbo geminato exemplũ primi vt sortes currit qui
mouetur exemplum secundi vt ego sum qui sum ꝛc.

Contra regulã arguit p̃mo sic.

Ista est congrua est locus in carcere qð tulianũ appellat et tamen
reltm̃ et suũ añcedens disconueniũt in genare Assumptũ ꝓ prima
parte ꝓbatur q2 illaz oõnez ponit salustius poeta in cathelinario
ergo est cõgrua tenet cõsequẽtia q2 omnis sermo poeticus est ver⁹
et ꝑ ꝯsequens cõgruus tenet cõsequẽtia q2 omnis sermo poeticus
est sermo sapientis. mõ sapiẽtis non est mentiri p̃mo elencoꝝ g° ser
mo poetic⁹ est ver⁹ et ꝑ ꝯsequens ꝯgruus Sz assũptũ ꝓ scða pte
ꝓbat q2 antecedẽs est generis masculini scz locus et reltm̃ scz qð ẽ
generis neutri ergo discõueniũt in genere Dicendũ ꝙ regl'a intelli-
git de oõe simpliciter cõgrua. mõ p̃sens oõ nõ est simpliciter con-
grua sed figuratiue scilicet per aliothecam Secundo dicitur ꝙ

admittitur per vnam regulam floriste et alexandri scilicet quicunq;
ponit relatiuū inter casus diuersorum generum qui significant eandem rem
id est ptinēt ad eandem rem tūc relatiuū debet cōuenire cū dictione se-
quēti vel p̄cedenti secundum exigentiam cōgruitatis et sic in proposito licet
illud relatiuū quod nō conuenit cū dictione precedēte tamen conuenit cū dicti-
one sequenti in genere Et similiter dicēdum est de istis preclarum est
opus ciceronis qui catho maior dicitur Similiter semen qui deus est
Vnde florista Si substantiuū duplex referatur ad vnum In vario
genere qui cōformatur vtriq; In medio positum sic mobile dico lo-
candum vt rosa est pulcherrima vel pulchenrimus florum

Secundo arguit. Ista est cōgrua quantitatis aliud continuum aliud dis-
cretum et tamen relatiuum et suum antecedens discōueniunt in ge-
nere g.&c. Ans probatur quia ancedens scilicet quātitatis est generis feminini
et relatiuū scilicet aliud est generis neutri Etiam discōueniūt in casu. Di-
cendum est quod ipsa est oratio simpliciter congrua et quātitatis nō est an-
tecedens huius relatiui aliud sed habet ancedens subintellectū scilicet ge
nerum quia oratio valet tantum generum quātitatis aliud genus est conti
nuum et aliud genus est discretū Secundo dicitur quod admittitur per vnam re
gulam pe.he. quādocunq; totū diuisū ponitur in singulari nūero et
fit particio pro rebus inanimatis siue insensatis tūc relatiuū referēs il-
lud diuisum in singulari numero debet poni in neutro genere sed quan
titatis est totum potestatiuū positum in singulari numero et relati-
uum referens ipsum ponitur in neutro genere.

Tertio arguit. Ista est congrua virga tua et ba-
culus tuus ipsa me cōsolata sūt et
tamē relatiuū et suū antecedens disconueniūt in nūero et in genere
quia antecedēs est singularis numeri et diuersorum generum Relatiuū aūt
scilicet ipsa est pluralis numeri et generis neutri Dicēdum quod ipsa nō est
simpliciter congrua sed admittitur per aliothecā Sed sūt due rationes excusā-
tes illam impropetatē scilicet ratio qua potest fieri et est. Quia relatiuū
pluralis nūeri referatur ad pluralitatem antecedentium que plu
ralitas videtur correspondere numero plurali. etiam est idempti
tas relatiui cum suo antecedente Sed ratio quare oportet fieri est
expressio sententie sub breuiloquio quia psalmista voluit designare
quod equaliter esset consolatus per virgam hoc est per correctionem
diuinam que per virgam intelligitur Et per baculum id est per
misericordiam que per baculum intelligitur et ideo posuit ipsa in
neutro genere in plurali numero ad denotandum quod equaliter gau
debat de correctione et misericordia.

Secundo dicitur quod ista oratio admittitur per vnam regulam

qua cõmuniter vtũtur poete et similiter arestoteles in dictis suis videlicet Qñcũqz ponit aliqd ꝯiũctũ ex diuersis generib9 in nũero singulari tũc reltm̃ referẽs illud ꝯiunctũ debet poni in neutro genere qꝛ neutrũ gen9 est gen9 essentie nõ determinãs vel respiciens certũ et determinatũ suppositũ Et sic debet fieri relatio ad aliqd cõmune transcendens scz ad hoc nomen ens vel ad aliqd huiusmodi vt sit sens9 virga tua et baculus tuus ipsa scz entia et nõ alia sũt me consolata hoc est ṽga tua ⁊ bacl9 tu9 sũt entia que sũt me ꝯsolata.

Quarto arguitur. Ex regula sequeret ꝙ illa esset cõgrua virgili viuis in memoria qui scripsisti bucolica quã oĩoz ponit pristian9 primo minoris Sed hoc est falsũ qꝛ scd̃m pristianũ loco preallegato Quãuis ad ceteros casus fiat relatio ad vtm̃ tamen relatio nequaquaz potest fieri qꝛ relatiuũ caret vocatiuo Etiaz scd̃m floristam Nõ sit per quituz directa relatio casuz Dicendũ ꝙ priscianus in predicta ꝓpositione capit illam prepositionẽ ad ꝓ per videlicet ꝙ ꝑ vocatiuum non potest relatio fieri ꝫ bene ad vtm̃. Secundo dicit ꝙ ibi non fit relatio ad illũ vtm̃ formaliter positũ scz virgli sed ad nominatiuũ ꝓnomĩalez subintellectũ in illo verbo secunde persone scz viuis Tercio dicit ꝙ licz ꝑ vtm̃ nõ potest fieri relatio directa tamen bene relatio indirecta Vnde relatio directa est quãdo relatiuum et suuz añcedens sũt eiusdez casus vt sortes currit q̇ mouetur Sed indirecta est quãdo relatm̃ et suũ añcedens non sunt eiusdez casus vt o aqua benedic domino que extat super celos.

Quinto arguitur. Ista admittitur congrua christus natus est in bethlehem qd interpretat dom9 pacis Similiter vestis est pulchra qd dicitur a verbo vescio is ire similiter deus dat aureolaz qd nomẽ habetur ab auro vbi relatiuũ et suũ añcedens discõueniũt in genere. Dicẽduz est ꝙ iste orationes ⁊ consimiles sñt de rigore verboꝝ incõgrue si reltm̃ referat ad antecedens formaliter posituz. tamẽ possunt admitti congrue ꝑ subintellectionem dicẽdo christ9 est nat9 in bethlehem qd scz nomẽ bethlehem interpretatur domus pacis. Similiter vestis est pulchra qd. s. nomẽ vestis deriuat a ṽbo vestio is ire Similiter deus dat aureolaz qd. s. nomẽ aureola deriuatur ab auro Etiam admittunt quia añcedens includit duo scilicet vocez et significationem et sic relatiuum refert antecedens solum pro voce et non pro significatione primaria Et illa est ratio qua potest fieri Sed ratio quare oportet fieri est breuitas sermonis.

Sexto arguitur. Illa est congrua lucez tuam et veritatē tuā ipa me deduxerūt et tamen reltiū et suū añcedens discōueniunt in genere Antecedēs pbatur qz antecedens scz lucem tuam est generis feminini singularis numeri et relatiuum scz ipsa est generis neutri et pluralis numeri ergo disconueniunt Dicēduz qz ipsa non est simpliciter congrua sz figuratiue Admittit eīn p anthithesim ponendo genus p genere scz ipsa p ipse Scdo dicit qz nō refertur ad añcedens formaliter positū sed subintellectū scz entia dicendo emitte lucez tuā et veritatem tuaz qz ipsa scz entia deduxerunt me.

Septimo arguit Illa est cōgrua In pace in idipsuz dormiaz et requiescam et tamen relatiū et suum añcedens discōueniunt in genere ergo Añs pbatur qz antecedens est generis feminini et reltiū scz in idipsum est generis neutri Dicēduz qz si reltiū scz in idipsuz refertur ad antecedens formaliter positum tunc oratio est simpliciter incongrua Si aūt referat ad añcedens subintellectuz scz christuz tunc oratio est congrua. Et sensus est dormiaz in pace .s. gratie et requiescam in idipsum scz christuz qui est par glorie et sic admittit ratione subintellectionis huius acti scz christuz Alij vero dicunt qz in idipsuz sit aduerbiū tempis vl' cōgregandi vel qualitatz et valet intantuz sicut eternaliter et scdm hoc non esset ibi relatiuū et suū añcedens et vt sic non oportet ea cōuenire in predictis accidentibus:

Octauo arguitur. Ista est congrua temp' qui fiūt in eodem cōtinet act' et tamen relatiuū et suuz antecedens discōueniūt in genere quia antecedens scz tempus est generis neutri et relatiū scilcz qui est generis masculini Dicenduz qz tempus non est antecedens huius relatiui qui sz actus vt tempus cōtinet actus qui .s. actus fiunt in eodē tpe

Quarta regula grammaticalis

est ista Q demonstratiuū et suū demōstrabile debent cōuenire in numero in genere et in casu Exm vt ille homo Illa mulier Illud animal Vñ versus Adiectiua velut substantiuis sociantur. Sic demonrstantiua demōstratis iungere debes. &c.

Ratio regule est ista. Quia demonstratiū et suū demonstrabile hnt se sicut adiectiū et substantiuū que volunt cōuenire in his tribus accidentibus ergo etiam demon

stratiuū et demōstratū volūt ꝯuenire in his tribus. tenet consequē cia qꝛ vbicunqꝫ est demonstratiuū et suū demōstrabile ibi est adiectiuum et substātiuuꝫ sed non ecōuerso et sic ista regula habet se ad regulam adiectiui et substātiui sicut pars ad totum.

Sciendū primo ꝙ demonstratiuū ē dictio significans per quā fit demōstratio vel est dictio significans suū significatū ꝑ modū demōstrantꝭ alterꝫ vt ille homo ibi demōstratiuuꝫ scꝫ ille est dictio ꝑ quā fit demōstratio id est dictio significans suū significatuꝫ per modum demonstrantis alterꝫ scꝫ suuꝫ demonstrabile. Et demonstratiuū est duplex scꝫ casuale et non casuale. Casuale est qđ habet casum pro accidente. Et tale est duplex scꝫ nominale et ꝓnominale. Nominale vt talis tantus et similia. Pronominale vt ego tu ille ipse iste hic is meus tuus suus noster et vester. Sed demonstratiuū nō casuale est qđ non habet casum ꝓ accidēte vt sunt aduerbia demonstratiua loci vt hic ibi illuc istuc et similia. Et similiter aduerbia demonstratiua vt en ecce. Et aduerbia demōstratiua q̄litatꝭ et quātitatꝭ vt taliter quātuꝫ et similia de quib⁹ oīb⁹ demonstratiuis non casualibus non intelligiꝣ regl'a.

Sed demōstrabile. Est dictio ſcans rē demōstratam vt ille hō currit vbi ille est demōstratiuuꝫ et homo est demonstrabile. i. ſcans reꝫ q̄ apta nata est demōstrari vl' que actualiter demonstraꝣ. ⁊ cōsimilia demōstrabilia sūt equus asin⁹ aīal leo iustitia albedo color ⁊c.

Sed demōstratio. Est rei subiecte ocul' vl' tāquā sbiecte oculis certa repsentatio vbi representatio poniꝣ loco generis qꝛ oīs demōstratio est representatio alicui⁹ rei. Diciꝣ ꝯnter rei subiecte oculis vl' tanꝗ̄ sbiecte oculis vbi tangiꝣ potētia ꝯgnitiua cui fit demōstracio. Nā in omni demōstratione res demōstrata pn̄taꝣ oculo corporali sicut fit in demōstratione ꝑsonali rei visibilis. Vl' res demōstrata p̄sentatur oculo intellectuali sic ꝯtingit in demōstratione impersonali.

Duplex ē demōstratio. scꝫ ad sn̄ꝫm ⁊ ad intellectū. Demonstratio ad sn̄ꝫm ē qn̄ demōstratiuū ⁊ demōstrabile accipiūꝣ ꝓ eadem re in nūero vt iste currit demōstrando petꝝ vbi demōstratiuū scꝫ iste et res demōstrata scꝫ sortes accipiūꝣ ꝓ eadem re in nūero. Et dꝛ demonstratio ad sn̄ꝫm qꝛ ꝑ ea demr̄aꝣ res q̄ solo sensu visus ꝑcipiūꝣ.

Demōstratio ad intellectū est.

Quãdo demõstratiũ et demr̃abile nõ accipiunt ꝓ eadẽ re in nũero vt dicẽdo tantus est socrates demõstrando alium hominem qui est eiusdem quãtitatis cũ socrate. Et dicit demõstratio ad intellectum qꝛ est solum rei intelligibilis hoc est per eam demonstrant res que intellectu percipiuntur.

Contra hoc arguitur. Nulla est relatio ad intellectũ ergo nulla erit demõstratio ad intellectum tenet ꝯsequentia qꝛ nõ videtur ratio diuersitatis. Dicendũ breuiter negando ꝯsequẽtiã qꝛ aliq̃ est demõstratio ad intellectũ quia demõstratio obijcit potentie cognitiue siue cognoscitiue. Sꝫ scd̃m aristotelem tertio de aĩa duplex est potentia ꝯgnoscitiua scꝫ sensitiua et intellectiua siue sẽsꝰ et intellectus et ergo sicut demonstratio vel res demonstrata obijcitur sensui ita etiam potest obijci intellectui Et ergo dicendũ est ꝙ licet demr̃atio est duplex nõ tamẽ relatio est duplex scꝫ ad sensum et ad intellectũ. qꝛ reltiũ est ante late rei recordatiuũ. modo res ante lata .i. prius dicta est absens. modo illud qd̃ nõ est presens nõ potest sensu ꝑcipi sed solum intellectu qꝛ sensus non percipit suũ obiectũ nisi in presentia rei sensibilis ergo solum duplex est demonstratio scꝫ ad sensũ et ad intellectũ et nõ relatio.

Alio aũt modo diuidit demonstratio in ꝑsonalẽ ⁊ simplicẽ. demr̃atio ꝑsonalis ẽ qñ demr̃atiuũ et suum demr̃abile accipiunt ꝓ eadẽ re in nũero hoc est qñ idẽ intelligitur ꝑ demr̃atiuũ qd̃ demr̃abat p̃sentialiter ad oculũ vt ille currit demr̃ando socratẽ currentẽ vbi demõstratiũ scꝫ ille et demr̃abile scꝫ socrates accipiuntur pro eadem re in nũero Sꝫ demr̃atio simplex est qñ demõstratiuũ ⁊ suũ demr̃abile nõ accipiunt ꝓ eadẽ re in numero sed pro eadem re in specie vt sacerdos dicit in consecratione salis. elizeus misit te in aquis vbi presbiter vel sacerdos nõ vult designare idem sal in numero sed idem sal in spetie .i. in natura cõmuni. Similiter dicẽdo hec herba crescit in ortu meo demr̃ando herbam similem in spetie. Et dicit demonstratio simplex qꝛ ibi demr̃atiuũ et suũ demõstrabile accipiuntur pro natura specifica q̃ dicit simplex .i. in simplici essentia ꝯsistẽs Istis p̃suppositis sit hec

Conclusio respõsalis ꝙ demonstratiuum demonstratiue tentum et suum demonstrabile ambo casualia in oratione simpliciter congrua debent conuenire in tribus accidentibus grammaticalibꝰ scilicet in nũero in genere ⁊ in casu

Dicit primo demonstratiuū demōstratiue tentū ꝓpter demonstratiuū re-
latiue tentū vt socrates currit et illum video vbi illud non tenet
demonstratiue sed relatiue Dicit scd̄o ambo casualia ꝓpter istam ꝛ
ↄsimilem ecce magister vbi demonstratiuū nō est casuale et ergo nō
indiget cōuenire cum suo demonstrato in p̄dict accidentibus Di-
citur tercio in oratiōe simpliciter cōgrua ꝓpter istam et consimilem
Nos papa mandam⁹ vbi demonstratiuū scz nos est pluralis nume
ri ꝛ demōstrabile scz papa est singularis nūeri ꝗ discōueniūt in nu-
mero sed hoc nō est contra regulam quia regula intelligitur de ora
tione simpliciter congrua

Contra regulam arguit primo

sic Hic est demonstratiuū et suū demonstrabile dicendo Tāta est so-
ror mea demonstrando socratez Silr tant⁹ est heinric⁹ demōstran-
do catherinaz vbi demōstratiuū scz tant⁹ et tanta discōueniūt in ge
nere cū suo demōstrato scz socrates vl catherina Dicēdū ꝙ regula
sic debz a ꝓprietate intelligi ꝙ demōstratiuū ꝓprie dictuz primitiuū et
dictio sc̄as rez demōstrataz sub tali conceptu sub quo fit demōstra
tio debēt ↄuenire in his predict tribus accidētib⁹ Dicit notanter
demonstratiuū ꝓprie dictū qr demōstratiuū impropie dictū non indigz
ↄuenire in istis accñtib⁹ cū suo demōstrabili vt patz in istis exem-
plis in argumēto adduct Vn̄ illud demōstratiuū dr improprie
dictū qd nō capit ꝓ illo qd demōstrat ꝫ ꝓ aliquo alio. vt tant⁹ est
heinricus demōstrando socratem Sed illud demonstratiuum di-
citur ꝓprie dictuz qd accipit p̄cise ꝓ illo quod demōstrat Dicit p̄mi
tiuū ꝓpter demōstratiuū possessiuū sicut meus tuus ꝛc. que licet di-
cunt demonstratiua ꝓprie dicta nō tn̄ indigēt semꝑ ↄuenire cū suo de
mōstrato expresso Dicitur sub tali cōceptu sub quo fit demōstratio
qr si vellem cōcipere rem demōstrataz sub illa ratione qua est aïal
et exprimere demōstratiuū sub femino vl masculino genere tunc
oratio esset simplicirer incōgrua vt dicēdo illa currit ↄcipiēdo rez
demōstratam sub illa ratione sub qua est aïal ergo qn̄ demōstratiuū
alit se habz quā ↄcept⁹ subordinat⁹ rei demonstrate tūc erit oratio
incōgrua et ergo si velim ↄcipere rez demonstrataz sub illa ratione
sub qua est substantia tūc instrumentū demonstrans tale demōstra
bile debet esse generis femini vt dicendo illa currit demonstrando
mulierem et non dicendo ille currit demonstrando animal.

Secundo sic arguit.

Illa est ↄgrua ꝑ p̄sen-
tez regulā qd deus sta
tuit de te sine te delibērat ipse et tn̄ ibi ipse nō pōt eē demōstratiuū vt
videt velle alexand ibi Is su⁹ ip̄e sui referūt ꝛ s̄bdit Ille refert mō-

nomē essentialiter tñ ē aduerbiū officialiṫ q₂ poniṫ loco vni⁹ aduerbij spēalis nō impositi ad ṗcanduʒ nobis istuʒ locuʒ determinatuʒ et ğ sic interrogatm̄ est aduerbiale ita et responsiuū saltē officialiṫ

Queriṫ vtrum. Ad interrogatm̄ ⁊ suū respōsiuū sufficiat ꝯsequentia casus Et respondetur ꝙ nō q₂ querēdo q̇s hō currit respondeṫ breuis. q̇s fecit hoc Respondeṫ grāmatic⁹ Siļr q̄lis est petr⁹ rn̄deṫ hō ibi interogatm̄ ⁊ respōsiuū ꝯueniūt in casu. ⁊ tn̄ respōsiuuʒ nō remouʒ dubiū q̄rent₂ sub illo modo q̊ q̄rens dubitat siue interrogat. q₂ q̄rens q̄rit de substantia ⁊ ei respōdeṫ q̄titas vl̓ q̄litas. Siļr q̄rit de qualitate ⁊ sibi respōdeṫ substātia qua ꝓpter Dicēduʒ est ad questiōʒ ꝙ duplex ꝯuenientia requiriṫ ad interrogatm̄ ⁊ respōsiuuʒ scʒ accidentalis ⁊ essential̓. Cōueniētia accn̄talis requiriṫ qn̄tuʒ ad modū significādi accn̄talez q̊ diciṫ cas⁹. Sʒ ꝯueniētia essential̓ req̄riṫ rōne ṗcationis p̄dicamental̓ sic videlʒ ꝙ interrogatm̄ ⁊ respōsiuuʒ debēt esse vni⁹ ṗcationis p̄dicamētalis q₂ interrogatiuuʒ dʒ ṗcare illō in generali qd̓ ṗcat responsiuū in speciali vt si interrogatm̄ q̄rit de substātia. respōsiuuʒ dʒ esse de predicamēto substātie. Si aūt q̄rit de predicamēto q̄litat₂ siļr respōsiuuʒ dʒ esse de p̄dicamēto q̄litatis ⁊c. Et sic ex om̄ibus ptʒ ꝙ ad interrogatm̄ et rn̄siuuʒ nō solū req̄ritur ꝯn̄a accn̄talis que tenet se ex pte casus Sʒ etiā requiriṫ ꝯueniētia essentialis que se tenet ratione ṗcationis predicametalis

Exta regula grammaticalis ē ista Q₂ qn̄cunq₃ in aliq̄ oīoe ponūtur duo nomīa substātiua sine ꝯiūctōe media tūc vnū illoꝝ debʒ pōi in gtō. Exm̄ fili⁹ sortis. vn̄ vsus. Si substantiua velis cōiungere bina Tunc reliquū reliquo iūges in genitiuo.

Exempla
- Equus regis
- Aula ducis
- Sapientia salomonis
- Albedo parietis

Pro intellectu regule est sciendum primo. Q₂ nomen substantiuum est dictio significans suum significatū per modum per se stantis vt homo lapis nigredo ⁊c. Et alio nomine dicitur fixum quia firmitatem et fixitudinem in se habet Et est triplex scilicet voce tantum significatione tantuʒ voce et significatione simul Substātm̄ voce tm̄ coincidit cū adiectio significatione tantum et est dictio non mobilis per diuersa gene-

ra ſcans tm̄ aliqd ꝑ modū adiacētis vt ſūt noīa officiatoꝝ vt papa epiſcop⁹ mgr̄ ſutor faber ⁊c̄. Et dr̄ voce tm̄ q: ſolūmodo hꝫ voceꝫ ſbſtancialeꝫ ſ; nō ſcatiōꝫ.i.nō ſcat ꝑ modū ꝑ ſe ſtātꝫ. Sꝫ ſbſtantiuuꝫ ſcatiōe tm̄ coīcidit cū adiectio voce tm̄ ⁊ ē dictio mobil' ꝑ diuerſa genera nō tm̄ ſcans ꝑ modū adiacētꝫ ſ; ꝑ modū ꝑ ſe ſtātꝫ vt ſūt nomīa diſtributīa vt quilibꝫ aliqs null⁹ ⁊ ſilīa ⁊ ſilr̄ ꝓnomīa ꝑmitiue ſpeciei. Et dicitur ſbſtantiua ſcatiōe tm̄ q: excludūt vocē ſubſtantialē ⁊ obtinēt ſcatiōꝫ q̄ ē ſcare ꝑ modū ꝑ ſe ſtantis. Sꝫ ſbſtantiuū voce ⁊ ſcatione ſimꝉ eſt dictio nō mobil' de genere in gen⁹ ſcans ꝑ modū ꝑ ſe ſtantis vt animal leo hō lapis. Et dicꝉ voce et ſcatione ſimꝉ q: tam vocē quā ſcationem habet ſubſtantiualē. Ex predictis ſequitur. Q: ꝑſens diuiſio ſbſtantiui eſt diuiſio analogi in ſua analogata q: diuiſū ſcꝫ ſubſtātiuuꝫ ꝑ prius dicitur de ſubſtantiuo voce et ſignificatione ſimꝉ et ſecūdo de ſbſtantiuo ſignificatione tantum et vltimo ſiue tertio de ſubſtantiuo voce tantum.

His preſuppoſitis Sit hec.

Concluſio reſponſalis regule.

q quādo in eadem oīoe ꝑtiali ponūtur duo noīa ſubſtātiua ſbſtantiue tenta mutuo ſe determinantia voce ⁊ ſcatione ſimꝉ ſine piūctiōe media explicite vꝉ implicite vel aliquo ſibi equiualēte nō recta ab eodem regente ab eadeꝫ ꝑte et ex eadeꝫ vi tūc vnū illoꝝ debꝫ poni in genitiuo niſi alterum illorum poſſit regere alium caſum a genitiuo ex ſpeciali vi.

Ratio regule eſt quia vnū ſubſtantiuoꝝ ſcat ſuū ſcatum ſub dependētia ad alteꝝ vt eſt alterius cui ꝓporcionatur aliud ſubſtantiuū in genitiuo poſitū qd̄ ſignificat per moduꝫ vt cuius modo modus ſignificādi vt eſt alterius in dictione regente requirit modū ſignificandi vt cuius in dictiōe recta ex quib⁹ cauſaꝉ regimē ſcꝫ poſſeſſiōis pure vꝉ impure Dicꝉ ꝑmo qn̄ ponūtur duo noīa ſubſtantia q: ſi vnū illoꝝ fuerit adiectiuum tunc nō oportet vnū illoꝝ poni in genitiuo ſ; oportet ea conuenire in caſu vt dictū eſt de adiectiuo et ſubſtātiuo. Dicꝉ ſcd̄o ſubſtantiue tenta q: ſi vnū illoꝝ teneaꝉ adiectiue tūc nō oportet ipm̄ poni in gtō vt felix vir Silr̄ ꝓpꝉ illaꝫ. eſto mihi in deum ꝓtectoreꝫ vbi vnū ſbſtantioꝝ ſcꝫ ꝓtectorem nō teneaꝉ ſubſtātiue ſ; adiectiue Senſus eñ ē eſto mihi in deū ꝓtectoreꝫ.i. ꝓtegentē. Dr̄ tertio in eadem oīoe ꝑtiali q: ſi ponaꝉ in eadē oīoe totali q̄ ꝯſtituta eſt ex diuerſis ꝑtialib⁹ tūc nō oportet vnū illoꝝ poni in gtō vt in iſta oīoe. Glo·

ria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sācto vbi sbintelligiꝛ hoc vbū sit vt gloria sit est vna ꝑtialis oīo. Silr sit patri ꝛ gloria sit spiritui sancto vbi ponūtur sbstantia ī eadē oīoe totali ꝛ nō ꝑtiali. Dī q̄rto mutuo se determināētia q: vnū illoꝝ debꝫ ꝑcare ꝑ modū vt alteri⁹ ꝛ alteꝝ ꝑ modū vt cui⁹. Dī quīto voce et ꝑcatiōe simlꝛ ꝑpꝛ substātiua voce tm̄ vl ꝑcatiōe tm̄ de quib⁹ nō intelligiꝛ regl'a. Silr nō requiriꝛ q̄ vnūꝫ illoꝝ ponaꝛ in gtō vt mgr̄ nicolaus Sutoꝛ iohannes Papa sixtus vbi est ꝯueniētia adiectiui ꝛ sbstantiui Dī sexto Sine ꝯiunctione media explicite ꝑpter illaꝫ socrates et plato currūt vl implicite ꝑpꝛ illaꝫ ꝑximitas ꝯrietas genus his sociaꝛ vbi causa breuitatis vl causa metri obmittiꝛ ꝯiūctio ꝛ ideo nō oportet q̄ vnū illoꝝ ponaꝛ in gtō Diciꝛ septimo vl aliquo sibi equiualēti ꝑpꝛ illaꝫ petr⁹ cū paulo regnāt vbi illa ꝑpositio assotiatiua scꝫ cū equalet ꝯiunctioni copulatiue Dicitur octauo nō recta ab eodem regente ab eadem parte et ex eadem vi q: si illa duo nomina substantiua regerētur ab eodeꝫ regente ab eadeꝫ ꝑte et ex eadem vi tunc nō oportet q̄ vnū illoꝝ ponatur in genitiuo vt doceo petꝝ grammaticaꝫ vbi illa duo nomiā substantia scꝫ petꝝ et grammaticaꝫ regunꝛ ab vno regente scꝫ ab illo verbo doceo ab eadeꝫ parte scꝫ a parte post et ex eadem vi scꝫ ex vi vehemētissime transitionis quapropꝛ nō oportet vnūꝫ poni in genitiuo. Diciꝛ vltimo nisi alteꝝ illoꝝ possit regē aliū casū a gtō ex speciali vi propter istam vel ꝯsimileꝫ homo hūanitate animal animalitate vbi vnū substantiuoꝝ regit aliuꝫ casum a genitiuo ex speciali vi videlicet ex vi effectus cause formalis. q: est regula in grammatica q̄ omne concretum substantiue vel adiectiue tentum potest regere ablatiuuꝫ sui abstracti ex vi effectus cause formalis ꝑ regulaꝫ alexandri Nomen eis adiunge ꝛc̄. qđ ptꝫ dicendo ille est homo hūanitate. i. ꝑ hūanitateꝫ q: ꝑ dicit circūstanciam cause formalis. Similiter dicēduꝫ est de alijs orationibus cō similib⁹ vt pater est filio vicin⁹ vicino ꝯtrarius hosti et ergo non oportet q̄ vnū ponaꝛ in genitiuo q: vnūq̄dq̄ꝫ regit aliuꝫ a gtō et ex speciali vi. Et scias q̄ nō est opus addere ad regulam ad diuersa ꝑtinentia ꝑpter orationes appositoriales q: ista regula non peccat ꝯtra appositionē ꝫ potius cōtra istud dictū qđ sbm magis cōmune exercit officiuꝫ nominis adiectiui qđ est cōtra naturaꝫ nōis substantiui. Nec oportet addi ꝑpter illaꝫ simon petrus vl marcus tullius q: ibi cōmittiꝛ eclipsis ꝑ subtractionē alicui⁹ dictiōis q: ibi subintelligiꝛ hoc ꝑticipiuꝫ vocat⁹ vt Simon. s. vocatus petrus ꝛ marcus. s. vocatus tullius vbi vocat⁹ habet ntm̄ apparteante et ntm̄ app⁹ quemadmoduꝫ suuꝫ verbum vocor a quo descendit.

Contra regulam arguit̄ p̄mo sic Duo nomīa substātiua possunt ꝯgrue cōstrui adinuicē sic ꝙ neutrū illoꝝ ponatur in genitiuo ergo contra conclusionem Añcedēs probatur quia adiectiuuȝ et substantiuū congrue possunt construi adinuicem sic ꝙ neutrum ponatur in genitiuo ergo etiam duo nomina substantiua tenet consequentia qꝛ maioꝛ est ꝯuenientia inter duo substantiua ꝙ̄ inter adiectīū et substantiuuȝ qꝛ illa plus ꝯueniunt que ꝯueniunt spetie et differunt numero ꝙ̄ que differūt specie et numero simul Dicenduȝ licet duo nomīa substantīa plus cōueniunt quantum ad essentiam non tamen plus ꝯueniunt ad vnionem eoꝛum adinuicem . Vel aliter dicitur licet inter duo nomīa substantiua sit maioꝛ ꝯuenientia similitudinis non tamen est inter ea maioꝛ conuenientia propoꝛtionis.

Secundo arguitur. Illa est congrua aīal hō et tñ ponuntur ibi duo nomina substātiua quoꝝ neutrum ponitur in genitiuo. Et si dicat̄ ꝙ regula intelligitur de oīoe simpliciter ꝯgrua vl' de ꝯstructilibꝰ dependentiam adinuicem habentibus modo p̄sens oratio nō est simpliciter congrua sed figuratiue scȝ ꝑ appositionem admittitur.

Contra. Ista est simpliciter ꝯgrua ğ nō figuratiue qꝛ ipsa equalet vni oīoni mētali simplicit̄ cōgrue ğ ipsa est simplicit̄ ꝯgrua tenet ꝯña qꝛ bene sequit̄ ista oīo vocalis suboꝛdinat̄ vni orātioni mētali simpl'r ꝯgrue ergo ipsa est simplicit̄ congrua quia equiualet huic animal qđ est hō Modo ista secūduȝ oēs grāmaticos est simpliciter cōgrua. consequētia ꝓbatur ꝑ arestotelem primo piarmenias. Ubi dicit sunt ergo ea q̄ sūt in voce earum que sūt in aīa passionū note.i.signa. Dicendū ꝙ lcȝ ista oratio aīal homo equalet vni orationi mētali simplicit̄ ꝯgrue quantū ad fcatum non tamē quātuȝ ad modū significandi. Vl' dicit̄ licet equiualet materialiter solum nō tamē formaliter qꝛ sicut ista vocalis aīal hō tenet aliqđ incōgruitatis. Ita et sua mētalis tenet aliquid incōgruitatis ⁊ sic ista aīal qđ est homo nō est directe eius mentalis

Tertio arguit̄. Illa est congrua doceo petrū grammaticā vbi ponūtur duo noīa sbstātiua et neutꝝ illoꝝ ponit̄ in genitiuo qꝛ ābo sūt acti casus Dicēdū ꝙ hoc nō est ꝯtra regulā qꝛ regula intelligitur dūmodo ambo substātiua nō regūtur ab eodeȝ regēte ex eadeȝ ꝑte et ex eadem vi mō hic ista duo noīa sbstātiua acti casus regūt ab eodeȝ regēte scȝ ab illo v̄bo doceo ⁊ ex eadē vi videlcȝ ex vi vehemētissie trāsitiōis

Quarto arguit. Ista admittit ꝯgrua de⁹ de⁹ me⁹ vbi ponũtur duo noīa sb̄stantiua et tñ neutꝝ illoꝝ ponit in gtō Dōm ꝙ ibi nō ponũt duo noīa sb̄stātiua ꝫ solū ponit ibi vnū sb̄stantm̄ geīatuꝫ siue vn⁹ noīatiu⁹ bis recept⁹ ꝓpter maiorem exclamationē faciēdam ad incitandū affectum exclamātis vl' dr ꝙ regl'a intelligit dūmodo ista sb̄stātiua pertinent ad diuersa modo in prefata oīoe non est diuersitas.

Quito arguit. Ista ē ꝯgrua cibauit eos ex adipe frumenti et de petra melle saturauit eos vbi ponunt plura sb̄stātiua.s.petra et melle q̃ꝝ neutꝝ illoꝝ ē gtī casus ꝫ ambo sūt ablti casus Dōm ꝙ regl'a intelligit dūmodo talia sb̄stātiua ponũtur in eadeꝫ oīoe ꝑtiali. Sꝫ ista noīa sb̄stātiua nō ponũtur in eadem orōe ꝑciali ꝫ bñ totali qꝛ illō sbm petra regit ab illa ꝓpositione de ꝑ reglāꝫ alexādri hos casus de pre corā Sꝫ hoc sbm ablti casus scꝫ melle regitur ab illo v̄bo saturauit ex vi effectus cause material' vel ex vi effectus cause efficientis

Sexto arguit. Ista ē ꝯgrua hec sit mihi lucro vbi ponũt plura sb̄stātiua q̃ꝝ neutruꝫ ponit in gtō ptꝫ de se. Dōm ꝙ regl'a intelligit dūmodo talia sb̄stantiua nō regũtur ab eodem regente. mō hec sb̄stantīa regunt ab eodem regēte.s.ab illo v̄bo sūt inquātuꝫ importat acq̄sitiōꝫ ꝑ reglāꝫ alex. verbo sepe duos ꝛc̄. Sil'r dōm est de ista. ditior auro salomōe vbi isti ablti regũt ab isto noīe ꝯpatiui grad⁹ scꝫ ditior ab eadē pte.

Septima regula grāmaticalis

ē ista. Q ꝙ q̃ncunqꝫ in aliq̄ oīoe ponũtur duo verba sine coniunctione media quoꝝ vnum est ꝓhereticū tunc alteꝝ illoꝝ debet poni in infinitiuo Exemplū volo legere vñ vers⁹. Si uerbum verbo simul coniunges in vnum Tunc reliquum quinti debet esse modi.

Exempla:
- Volo legere
- Cupio discere
- Desidero videre
- Gliscо comedere
- Appeto currere
- Doceo scribere

Pro maiori intellectu istius regule est sciendū p̄o ꝙ veritas hui⁹ regl'e ptꝫ ꝑ p̄iscianū scdo mīoris dicēteꝫ ꝯiungit aūt infinitiu⁹ frequēti⁹ volūtatiuis verbis q̄ greci

verba pheretica vocant vt volo legere cupio discere etc. videtur aūt et alijs vbis coniungi vt video legere audio pulsare Cui⁹ rō est ista videlicz quare verbum pheretĩcū vult construi cum infinitiuo qz verbum pheretĩcū sĩcat motū anime ex electione procedētem qui mot⁹ desiderat finiri p actū sĩcatuz p infinitiuū q̄ habz se p modū determinati z fixi. qz infinitiu⁹ inter ceteros modos ē magis materialis dicēs rem vbi absolute absqz inclinatione ad sbaz determinatā q̄ propter se habet per modū fixi et determinati in ordie ad vbuz pheretĩcū ipsum specificans et determinans.

Sciendū secūdo. Qz verbū est duplex. s. pheretĩcū et nō pheretĩcū. vbuz pheretĩcum est verbū sĩcans actū anime interiorē cgnoscitiū ex electione siue per modum voluntatis siue desiderij. Dicit notant sĩgnificans actū anime ppt illa verba pcutio ambulo curro et psimilia de quibus nō intelligitur regula qz nō sĩcant actū anime sed actus corporis. Dicit notanter actū anime interiorem ppt actus exteriores ipsius animevt video audio Dicitur notanter cognoscitiū ex electione ppt hoc verbū nutrio vel digero. Vñ duplices sunt act⁹ anime scz cgnoscitiui et nō cgnoscitiui. Actus anime cgnoscitiui sunt quos anima cgnoscit se facere vt sunt velle intelligere rōcinari specular et psimilia Sz nō cgnoscitiui sunt q̄s anima nō cgnoscit se facere vel quos facit sine aduertentia boc ē qui act⁹ nō sunt sb imperio volūtatis vt nutrire digerere et psimiles actus qz siue aliq̄s vult siue nō vult eque bene fit digestio vl' mutatio augmentatio vl' diminutio et ergo solū illa sunt verba pheretica que sĩcāt actū soluz procedentez ex volūtate vt sunt appeto. volo. cupio. desidero. glisco. Sz vbuz nō pheretĩcū est vbuz nō sĩcās actū anime interiorē cgnoscitiū ex electione siue p modū desiderij vt sunt curro sto video lego et consimilia.

Sciendū tercio. Qz triplicia verba reperiūt construi cū infinitiuo. Nā quedam sunt verba que cstruūtur cū infinitio sine mediatiōe actī vt sunt vba absoluta et similiter verba que enumerat alex. ibi Verba que sunt. etc. Alia sunt verba que reperiunt cstrui cū infinitio mediāte actō vt sunt vba que aliquātulū sunt vehemētissime trāsitionis vt dico video mādo intelligo pcipio etc. Alia reperiūt vba que possūt cstrui cū infinitiuo mediāte actō vl' sine actō vt sunt vba pheretica vt appeto legē desidero vinū volo legē etc. His psuppositis sit hec

Conclusio responsalis qz quan

docūq₃ in vna et eadem oratione partiali ponūntur duo v̉ba sine ꝯiunctione media explicite vl' implicite vel aliquo sibi equiualente et dūmodo: neutꝝ eoꝝ tenet restrictiue in oɫoe simpliciter ꝯgrua quoꝝ vnū est ꝓhereticū tūc alteꝝ illoꝝ debet poni in infinitiuo Dicitur notanter in vna ⁊ eadem oratione partiali ꝓpt' illam venite exultem⁹ et simili ꝓpt' illam venite adorem⁹ vbi ponūtur duo v̉ba sine cōiunctione media quoꝝ neutrum ponitur in infinitiō. Sꝫ quis hoc nō est contra regulam que intelligit quando talia verba ponūtur in vna et eadem orotione partiali Modo sic non est hic quia oratio valet tantum. vos venite. nos exultemus vbi sunt diuerse orationes partiales. Dicitur sine cōiunctione media explicite quia si cōiunctio mediaret expresse inter duo verba tūc nō oportet alterum illoꝝ poni in infinitiuo vt iohannes legit et proficit. Dicit implicite ꝓpt' illam vel consimilem iohannes scribit legit cātat vbi subintelligitur ꝯiunctio. Dicit vel aliquo sibi equiualente propter illam iohannes legit cum proficit vbi illa prepositio cuꝫ equiualet coniunctioni copulatiue. Dicitur in oratione simplicit congrua ꝓpter illam vl' consimilem Ego lego vbi ponūtur duo v̉ba sine coniunctiōe media quoꝝ neutruꝫ ponitur in infinitiuo Sꝫ hoc est contra regulā que intelligitur de oratione simpliciter congrua. Modo presens oratio non est simpliciter congrua sed admittitur per appositionem communiter dictaꝫ. Dicitur vltimo quorum vnum est prohereticum ad denotandum ꝙ regula solum veritatem habet de verbis prohereticis propter excludere illas orationes percutio scribere. video legere. audio scribere. Dicebat etiaꝫ notanter dūmodo neutrum eorum teneatur restrictiue q2 si vnuꝫ illoꝝ teneatur restrictiue tunc non oportet ꝙ alteꝝ illorum ponat in infinitiuo vt dicendo sortes qui currit mouetur vbi hoc verbū currit restringitur per hoc relatiuum qui.

Contra regulā arguit p̃mo sic

Verbū ꝓhereticuꝫ non potest construi cum infinitiuo ergo male dicitur in regula quādocunq₃ in aliqua oratiōe ponūtur duo v̉ba quoꝝ vnū est ꝓhereticū Añs ꝓbatur q2 omne v̉buꝫ est dependēs ꝫ infinitiū⁹ p̃ ceteris verbis magꝫ fcat ꝑ modū dependentie ḡ non potest ꝯstrui cū alio v̉bo. maior ptꝫ q2 oīe v̉buꝫ fcat ꝑ modū fluxus et fieri. mō fluxus et fieri est ipsi⁹ depēdentie. mior ꝓbat q2 infinitiu⁹ ē mod⁹ ꝯfusus infinit⁹. modo ꝯfusū ⁊ infinitū nō p̃t determinare finitū ⁊ certū ꝫ potius ecōuerso. Dōm ē ꝯcedēdo maiorē Sꝫ ad miorē dī ꝙ infinitiu⁹ capit dupliciter. vno mō inq̄ itū dicit actū q̄ ꝯpat

ad sbstantiã appri indeterminataz hoc ẽ inquãtuz infinitiu⁹ dicit incli
nationẽ indeterminatã siue infinitã ad sbstantiaz extra appri ꝛ sic
infinitiu⁹ dr̃ confusus nõ determinando actum confusuz verbi ꝓ
heretici. Alio modo capitur infinitiu⁹ inquãtuz dicit speciale sig-
nificatuz distinctuz ab aliis modis hoc est inquantuz infinitiu⁹ cõ
patur ad alios modos respectu quoꝝ aliqd speciale importat per
modum rei fixe et determinate ratione cuius habet determinare cõ
fusum actũ verbi proheretici hoc est actum voluntatis vel deside-
rij cum quo facit idem in numero

Secũdo arguit. Infinituz nõ habz determiare finitum ſ; potius ecõnerso Sed infinitiuus modus est infinitus siue incertus ergo non habet deter-minare verbum finiti modi scz indicatiui. Dõm est ꝙ solutio isti⁹ argumenti patet ex solutione precedentis argumenti Vnde infi-nitiuus licet sit infinitus siue incertus quantum ad suum modum significandi scz ad nũerum et personam. tamẽ est certus et finitus quantum ad suum significatum speciale quod habet distinctum contra alios modos.

Tercio arguit. Illa ẽ cõgrua. rogo fac ignez vbi ponuntur duo verba et tñ neutꝝ illoꝝ ponitur in infinitiuo. Añcedens ꝓbatur pro prima parte q2 illaz oõz et ꝯsimilem ponit priscian⁹ ꝑmo minoris. vbi dicit iubeo facias ignem precipio legas libꝛuz vbi tamen nullum illoꝝ ponit in infinitiuo Dõm ꝙ licet iste oões vocaliter nõ reddantur con-grue tamẽ ꝓpter breuitatem et per subintellectionez illius signi ꝙ vel vt reddantur congrue vt dicendo iubeo legas libꝛuz .i. iubeo vt legas libꝛũ. rogo fac ignẽ .i. rogo vt facias ignez Etiã pt dici li cet neutꝝ illoꝝ ponat in infinitio tñ vbuz optatiui modi resolui pt in vbũ infitiui mõi vt iubeo facias ignẽ .i. iubeo te facẽ iguem.

Quarto arguit. Ista est congrua presta q̃sum⁹ vbi ponũtur duo vba quoꝛuz neutꝝ ponitur in infinitiuo qd ptz de se. Dõm breuiter ꝙ non est ꝯ tra reglaz q2 regula intelligit qñcunqz ponũt duo vba in eadẽ oõ ne ꝑtiali q̃ꝝ vnũ ẽ ꝓhereticũ tũc alteꝝ illoꝝ debz poni in infinitio modo sic nõ ẽ hic. q2 oõ valet tñ tu presta nos q̃sumus vbi ista v ba ponunt in diuersis oõnib⁹ ꝑtialibus. Silr̃ est dicẽduz de istis venite exultem⁹ .i. vos venite nos exultem⁹ Similit venite ado-remus et sic de cõsimilibus oõnibus pariformiter est dicenduz

Quito arguit. Illa ẽ ꝯgrua ago lego vbi ponũt duo vba sine ꝯiũctiõe media ꝛ tñ

neutrum illorum ponitur in infinitiuo Confirmatur illa admittitur plato q̄ studet philosophatur et tamē neutrū illorum verborum ponitur in infinitiuo vt de se patz Dicenduz ad primū q̄ regula intelligitur de oratiōe simpliciter congrua Modo ista oratio ago lego nō est oratio simpliciter congrua sed admittitur per figuraz scz per apposiciōz communiter dictaz Ad confirmationez dicitur q̄ regula intelligitur dūmodo neutrum illorum verborum teneatur restrictiue Sz ibi illud verbuz studet restringitur per hoc nomē relatiuū qui vt oratio valeat tantū plato studet qui philosophatur.

Queritur vtrum ista sit congrua magister erit legere Dicenduz est simpliciter q̄ non Et qn̄ dicitur ibi ponuntur duo verba sine coniunctione media quorum vnū ponitur in infinitiuo ergo videtur q̄ sit congrua per presentē regulaz Dicendum est q̄ regula intelligitur qn̄cuuqz ponuntur duo verba in oratione sine coniunctione media quorum vnū est appreticū tūc vnū illorum debet poni in infinitiuo Modo vnuz illorum verborum nō est appretiū cum quia sum est verbuz substantiuū et nō appreticū ergo cōgrue debet dici magister legit et nō magister erit legere.

Sexto arguitur. Illa admittitur cōgrua vado lectuz venio causa legendi Johānes proficit studendo et tamen nullū illorum verborum ponitur in infinitiuo quia aliqua sūt gerūdia et supīa ergo male dicitur in regula quorum vnū debet poni in infinitiuo Dicenduz est q̄ duplex est infinitiuus scilicz primarius et secundarius Infinitiuus primarius est qui terminatur in e vel in i vt amare vel amari. legere vel legi Sed infinitiuus secūdarius est gerundiū vel supinū quia scdm priscianū gerundiuz nō differt ab infinitiuo nisi per articulū thoy. i. per finalem terminationem Et sic dicendū est licz lectū vel lectu. legendo vel disputādo nō sunt infinitiui primarij sunt tamen infinitiui secundarij et hoc sufficit

Octaua regula grāmaticalis est ista Omne verbū substantiuū vel vocatiuū vel eorum vim habens vult regere et coniūgere similes casus appositum et appositū. Exemplum de verbo substantiuo ego suz homo. exempluz de verbo vocatiuo Ille vocatur iohannes exemplum de verbo habente vim verbi substantiui vt ego sto erectus ille sedet iudex. Exemplum de verbo habēte vim verbi vocatiui vt ille baptisatur iohannes Vnde alexander Sepe vocās verbū sibi vult apponere rectū Et substantiuū vel quod vim seruat eorum Mox consiles debet coniungere casus Copula. personam dum pertineant ad eandem.

Ratio regule est ista. Quia verba substan-tiua vel vocatiua vel eoꝝ vires habentia de suo modo ſcandi essentiali inquantū sunt v-ba personalis ntm̄ appn requirunt per regulam alexandri. Vult intransitio ⁊c. Sed q² ista verba ſcant actū generalem et cōfusum ratione cuius requirit casum app' rectum specificātez illum actuz generalē siue cōfusuz Et q² casus app' rectus non soluz respicit sig nificatū verbi substantiui Sed etiam respicit casum appn rectum quapropter vult ꝯuenire cuz precedenti casu sic ꝙ v̉buz substanti uuz vl' vtm̄ vl' eoꝝ vim habēs reqrit pares casus, ⁊ hoc idez po-ssit dici de breuioribus verbis quia verba substātiua vocatiua vel eoꝝ vires habentia includūt in se duo. ṕmo personalitatez finitaz ratione cuius requirunt nominatiuū appn. scdo inquantū sunt v-ba substantiua vl' vocatia ſcantia actū generalez specificabilē per vnūqdqꝫ ens si est v̉buz substantm̄ Vel ꝑ vnūqdqꝫ nomē ꝓpriuz si est v̉buz vtm̄ ⁊ sic requirūt casū app' specificātez ꝯfusiōz illi' act'

Sciendū primo. Q² verbuz substantiuuz est qd̄ ſcat actū generalem ꝑ modum fluxus et fieri determinātis a substātia specificabilē ꝑ ens cuiuslibz ꝑdicamenti vt sum homo sū long' sum filius sū albus sum niger ⁊ sic de alijs In qua quidez diffinitione dicit̄ qd̄ significat actū ge-neralem ꝓpter verba adiectiua que significāt actū specialez vt sūt amo lego, sto curro ⁊c. Dicit̄ ꝑ modū fluxus et fieri vbi tangit̄ mo dus significandi essencialis et specificus qui cōuenit verbo substan-tiuo et omnibus alijs v̉bis Dicit̄ specificabilē ꝑ ens cuiuslibet ꝑ-dicamenti ꝓpter verba vocatiua que nō ſcant actū specificabilem per quodcunqꝫ ens sed solum ſcant accū tantum specificabilem per propria nomina.

Contra. Hoc verbū suz non ſcat ꝑ modū fluxus et fieri ergo diffinitio predicta mala Añcedens probat̄ quia hoc v̉buz substantm̄ scz suz a nullo fluit sed omnia alia fluūt ab eo ergo male dicit̄ ꝙ ſcat ꝑ modū fluxus et fieri Dicendum ad ꝓbationē añcedentꝫ ꝙ licet hoc v̉bum substantm̄ scz sum nō ſcet ꝑ modū flux' fluentis. ſcat tamez ꝑ moduz flux' staturientis q² ab ipso omnia verba substantiua staturiunt et emanant et hoc sufficit Sed verbum substantiuum secundum pe. he Est qd̄ significat meram substantiam precise et eodem modo sicut pronomen quia sicut pronomē significat substantiaz hoc ē per modum substantie habitus et quietis determinabilis per alterum vnumquodqꝫ Ita etiam verbum substantiuuz ſcat actum generalem specificabilem

p quelcunqꝫ actū specificabilez cuiuslibꝫ v̈bi adiectiui. vt amo id ē sum amans. lego. i. sum legens transio. i. sū transiens ⁊ sic de alijs Et sic p₃ q sic nō dicit omnimodā silitudinez sed aliqualem

Contra arguit̄. Quicquit nō ſcat substantiaz sed actum nō ſcat meram substantiā eodez mō sicut ꝓnomen. ſ₃ v̈buz substantiū ſcat actuz vt patet ex ei⁹ diffinitiōe supi⁹ posita ergo male dicit̄ q ſcat substantiam sicut ꝓnomen Dicēduz q v̈buz substantiū nō ſcat substantiam capiēdo substantiaz specialiter ꝓ ut distinguit̄ contra accidens sed v̈buz substantiū ſcat substantiaz pro ut substantia capitur ꝓ essentia qꝛ verbū substantiū importat substantiaz siue essentiaz omniū v̈boꝝ adiectiuoꝝ et sic substantia capitur generaliter vt nō distinguitur cōtra adiectiū vl̕ accidens Alio modo v̈buz substantiū est qd̕ ſcat actuz puꝝ primo in natura sb̄stantie reptuz qꝛ quicq̄d nobis in natura substātie apparet hoc est eē qd̕ ſcat ꝑ v̈buz sb̄stantiū sc₃ suz in quātuz est illō eē in fluxu et fieri ⁊ illō eē p̄supponūt oīa v̈ba adiectiua qꝛ currere legē studē sedere ⁊ sic oīa ista p̄supponunt esse.

Querit̄. Quot sūt v̈ba substētiua dicēduz q tria vn̄ grecista Ars substātiua tria fert tantūmodo verba Sū fio existo nil amplius addo Et hoc p₃ per sufficiētiaz qꝛ oīe v̈buz substantiū est specificabile ꝑ vnūqdꝙ vl̕ g̊ est specificabile in ratiōe materie et sic est fio vl̕ in ratiōe forme sic ē sū vl̕ in ratiōe totius ꝯpositi sic est existo. i. ex istis sto sc₃ ex materia et forma Vl̕ sic qꝛ omne verbū sb̄stantiū ē specificabile ꝑ vnūqdꝙ ens vl̕ in rōne ꝓncipij vl̕ pncipiati Si est rōne pncipiati sic est existo Si in rōne pncipij hoc est dupliciter vl̕ in rōne ꝓncipij formalis sic est sum vl̕ materialis sic est fio Et dicit̄ v̈buz substantiū a v̈bo substo as are qꝛ substat omnib⁹ v̈bis adiectiuis in resoluēdo vt scribo. i. suz scribens studeo. i. sum studēs vel dicit̄ a substātio as are. i. essentiaz dare qꝛ dat essentiā oīibus alijs verbis adiectiuis et sic hoc v̈bum sum solū est substantiū vt substantiū dicit̄ a substātio as are qꝛ hoc eminēter p̄ ceteris v̈bis substātiuis dat fundamētuz v̈bis adiectiuis que presupponūt ſcatum huius verbi sum quod est esse

Sciēduz scd̄o. Q v̈buz vtū est qd̕ ſcat vocatiōē ꝑ modū nominatiōis vt vocor michael vbi hoc v̈buz vocor ſcat vocationē ꝑ modū nominationis cuius ratione requirit specificari ꝑ ntīm app̕ sc₃ ꝑ ntīm nois ꝓprij

Cōtra istā diffinitionē Arguit̄ p̄mo sic Si illa diffinitio esset vera sequeret̄ q hoc v̈buz voco eēt

vtiũ qꝛ etiam ſcat vocationem vt ex eius impoſitione liquet Dicendũ ꝙ lꝫ hoc verbuꝫ voco ſcat vocationẽ ꝑ modũ tranſeuntis in alteꝝ ratione cuiꝰ regit actiũ apartepoſt vt dicendo vocetis iohannem non tamẽ ſcat vocationẽ ꝑ modũ nominationis ratione cuius haberet ſpecificari appꝰ ꝑ ntiũ nominis proprij.

Secundo arguit. Hoc verbum clamor ſcat vocationem ⁊ tñ non regit ntiũ nomis proprij apartepoſt Sꝫ abltiũ mediãte prepõne a vel ab vt dicendo clamor a petro Dicẽduꝫ negando cõſequentiaꝫ qꝛ licet hoc verbuꝫ clamor ſcat vocationem ꝑ modũ paſſionis illate ab altero nõ tñ ſcat illam vocationẽ ꝑ modũ nominationis quod requiritur ad naturam verbi vocatiui.

Alio modo verbuꝫ vocatiuum ſcdm priſtianũ ſic diffinitur ꝟbuꝫ vtiũ eſt quoddã generale ſpecificabile per ꝓpria nomĩa tantũ .i. ꝟbuꝫ vtiũ eſt qđ ſcat actũ ſpecificabilem tñ ꝑ ꝓpria nomĩa vt dicẽdo vocor michael dicor ambroſiꝰ ⁊ ĝ dicit priſtianꝰ ꝙ ꝯgrue dicit vocor tulliꝰ vł cicero Sꝫ incõgrue dr vocor hõ aĩal. Ex qbꝰ pꝫ ꝙ ꝟbuꝫ vtiũ ſolũ vult ſpecificari appꝰ ꝑ ntiũ nois ꝓprij

Querit. Quot ſunt verba vtĩa Dicenduꝫ ꝙ quiqꝫ ꝟꝰ Quiqꝫ vtĩa dicas tantũmodo verba Nuncupor appellor noĩor vocor ãꝫ dicor Quoꝝ ſufficientia ſic hẽtur qꝛ oĩe ꝟbuꝫ vtiũ importat vocationẽ ꝑ moduꝫ nominatiõis vł importat võtioneꝫ a remoto vł a ꝓpinquo Si a ꝓpinquo hoc eſt tripliciter vł magꝭ tẽdit ad intra vł ad extra vł a medio modo ſe habente Si ad intra ſic ẽ dicor Si ad extra ſic eſt vocor Si a medio modo ſe habẽte ſic eſt nomior Si a remoto hoc eſt dupliciť vł magis tendit ad intra ſic ẽ nũcupor .vł magis tendit ad extra ſic eſt appellor.

Contra regulam Arguiť ꝓmo ſic Si ꝟba ſbſtantiua regerẽt ntiũ appꝰ tũc etiã ꝟba adiectiua pñt regẽ ntiũ appꝰ qꝛ ſubſtãtina ꝟba includũtur in ꝟbis adiectiuis ĝ ſicut iſta eſt ꝯgrua ſũ petrus ſũ hõ Sic etiã iſta Amo petrꝰ. ꝁ qꝛ iſta amo petrꝰ nõ ꝯmuniter admittiť ſicut iſta ſũ petrꝰ ĝ male dictũ eſt in ꝑncipio regľe ꝙ ſolũ ꝟbuꝫ ſubſtantiũ vł vtiũ vult regẽ ntiũ appꝰ Dõm eſt ꝙ nõ et ratio eſt qꝛ quãdo ꝟbuꝫ ſubſtãtiuuꝫ expſſe poniť taliter ſcat actũ generaleꝫ qui requirit ntiũ appꝰ ſpecificantẽ iſtum actum generalem Sꝫ iſtud generale incluſuꝫ in verbis adiectiuis hoc eſt iſte actꝰ generalis incluſus in verbis adiectiuis ſpecificať

p significatū vbi adiectiui ita q nō adeo liber est in adiectiuo verbo incluso sicut est qn̄ expresse ponitur et ergo nō indiget tūc specificari p ntīm̄ app⁹. Etiaz potest dici licet verbū adiectiū nō potest regere ntīm̄ app⁹ inquantuz est adiectiū tamē inquantū participat naturam siue vim verbi substantiui bene potest regere nominatīm̄ apartepost, et hoc maxime tenet veritatem de verbis neutralib⁹. absolutis et passiuis.

Secūdo arguit. Eadē est natura vl' essentia que importat p noīatīm̄ et suū obliquū ergo si verbū substātiuuz vult regere ntīm̄ appn et app⁹ ergo etiam regūt obliquos istius no'ninati ante et post tenet ꝯsequencia qꝛ idemptitas in causis arguit idēptitatez in effectibus. Ex q̄ eadem est ratio recti et obliqui primo periarmenias ergo si nomiatiu⁹ regit app⁹ a verbo sbstantio g̃ etiam obliqu⁹. Dōm negādo cōsequentiam et ratio est. Quia licz eadem sit ratio siue natura recti et obliqui quātuz ad fcatuz. non tamē quātuz ad modūsignificandi qꝛ alius est modussignificandi recti et alius est modussignificādi obliqui. qꝛ dicit arestoteles ibidem q cathonis est vel nō est nō fcat vex neqꝫ falsum qꝛ est incongrua oīo. mō vex et falsum p̄supponūt ꝯgruum. Vel potest dici q exquo verbuz substantiū fcat actum generalem qui requirit nominatīm̄ app⁹ specificantem actū generalem qui nomiatiu⁹ app⁹ rectus nō solum respicit significatum verbi substantiui qd spetificat. sed etiam respicit casum aparteante locatum ergo specificans apartepost debet poni in eodem casu in quo ponitur casus aparteante constructus.

Tercio arguit. Si regula esset vera sequeret q illa essꝫ ꝯgrua petre sis iuste. qꝛ ibi vbuz substantiū habꝫ siles casus appn ⁊ app⁹. Sꝫ q sit incōgrua patet intuenti qꝛ vocatiu⁹ nō potest regi appn nec app⁹ exquo ponitur absolute scdm florīstam dicentez. Accipias quintuz tu quēlibet ergo solutū. Et nō dicat q ab vlla parte regatur. Dōm q ipsa est incongrua qꝛ vocatiuus non potest app⁹ regi hoc est cōstrui app⁹ quia vocatiuus importat excitationez. modo excitatio habet fieri aparteante siue in principio et non app⁹ siue in fine et ergo debemus dicere petre sis iustus et non petre sis iuste.

Contra. Dicēdo petre sis iustus ibi adiectiū et sbm discōueniūt in casu⁹ qꝛ adiectiū scꝫ iustus est nti casus et substantiū scꝫ petre est vocatiui casus Dicenduz petrus non habet substantiuū expressum ꝫ subintellectum in isto verbo substātiuo secunde persone vt petre sis iustus .i. petre, tu sis iustus et sic

patet q petre nō est sbstantiuuū huius adiectiui sct iustus. vl' dicendum est ad principale argumētuz q regula habeat intelligi q verbuz substātiuuz vult habē siles casus ante ꝛ post nisi ibi sit specialꝭ ratio impediens que immediate est dicta ante replicam.

Quarto arguit. Iste oōes sunt ꝯgrue et admittunꝭ. Sum hic sum in scolis. deus est magne virtutꝫ vbi ponitꝭ vbuz sbm ꝛ tamē nō habꝫ similes casus ante et post ergo ꝯtra regulaꝫ Dōm scdm aliquos q regula habet veritatem exceptis sex casibus Dicunt enim moderni q sex modis fallit q verbum sbm non habꝫ similes casus appn et appꝰ Primo quando nihil sequitur post verbuz substantiuum vt deus est. Secundo quando post verbum substantiuum sequitur aduerbium loci vt sum hic sum ibi. Tercio quando post verbum substātiuum sequitur aliquis casus mediante prepositione vt sum in domo sum in scolis Quarto qñ vbuz sbm denotat ꝑtinentiaꝫ vt equꝰ est iohannis equus est mihi. Quīto qñ vbuz substantiuuz ꝯstruitꝭ cū genitiuo nominis proprij loci minoris vt ego sum rome. sum bamberge sum zcuickauie. Sexto quando verbum substantiuuz regit genitīm ex vi demonstrationis essentie vt deus est magne virtutis In quibus omnibus verbuz substantiuuz nō habet similes casus ante et post. Illo tamē non obstante dicitꝭ q in predictis oōnibus lcꝫ explicite nō habꝫ similes casus tñ implicite Etiam intelligitur regula q vbuz sbm inqñtuz sbm sub idemptitate signi reqrit similes casus ante et post. Et ḡ dicunt alij q verbuz substantiuū sꝑ copulat similia sb signo idemptitatꝭ Et si petatꝭ quare tunc alexander dicit sepe vocaus verbū dicūt ipsi q dicit sepe ꝓpꝭ infinitiū vbi substātiui q aliqñ requirit actiū appn et appꝰ vt diligo iohannem volentē esse studiosuz vl' etiam dtiū vt placet huic esse ꝓbo. et sic ptꝫ q verbū substantiuū requirit similes casus ante et post.

Quito arguit. vbū vocatiū nō vult specificari ꝑ ntiū appꝰ ḡ male dictū est in diffinitione vbi vti q vult specificari ꝑ ntiū appꝰ. Añs ꝓbatur qꝛ si vbum vtiū specificaretꝭ ꝑ ntiū appꝰ. vl' ergo ꝑ quēlibꝫ ntiū vl' ꝑ aliquē et aliquē nō. Nō ꝑ quēlibꝫ qꝛ dicit pristianꝰ nemo dicit ego vocor hō vl' aīal. Nec aliquē ꝛ aliquē nō qꝛ nō ē maior racio de vno q̄ de alio Dōm negādo ꝯñaꝫ. Qꝛ vbuz vtiū solū vult specificari ꝑ ntiū nomis ꝓprij appꝰ et nō per nominatiū nominis appellatiui et sic patet q nō per quemlibet ntiū specificatur.

Contra. Verbū vtiū ꝑt specificari ꝑ ntiū nominis appellatiui ergo contra solutionem. Añs ꝓbatꝭ qꝛ

vbicunq3 est idem principiũ constrictionis ibi est eadem ↄstructio Sed in verbo vocatiuo et substantio ẽ idem principiũ ↄstructiõis ergo est eadem ↄstructio. Maior ptꝫ qꝛ idemptitas in causis arguit idemptitatem in effectibus. ꝫ minor ꝓbatur qꝛ in verbo vtõ ⁊ substantiuo est idem modus vnitiu9 aliquoꝝ ad inuicem sed verbuꝫ substantiũ pt app9 specificari p ntm̃ nomis appellatiui ergo et verbum vocatm̃ qꝛ nõ videt maior ratio de vno quam de alio. Dõm est negãdo añs. Et qñ dꝛ vbicũq3 ẽ ideꝫ pncipiuꝫ ↄstructiõis ibi ẽ eadem constructio. Dõm ꝙ veꝝ est loquẽdo de principio generali nõ aũt veꝝ est loquendo de principio speciali. Vñ sciendũ est ꝙ in vbo vtio intelligũtur duo. Primũ est generale scꝫ modus vnitiuus aliquoꝝ ad inuiceꝫ sub signo idẽptitatꝫ rõe cui9 mõi vnitiui tã vbuꝫ substantiũ ꝙ̃ vtm̃ reqrit specificari p ntm̃ app9 qꝛ iste mod9 vniti9 ẽ vbo substãtiuo ⁊ vtõ ↄuis. Scdm ẽ speciale scꝫ modus vnitiu9 sb rõe nomiationis rõe cui9 vbuꝫ vtm̃ distiguit a vbo substãtiuo reqrens specificari p ntm̃ nois ꝓꝑij p modũ nomiationis.

Sexto arguit. Qñ pctat. quõ vocat hoc aĩal demõstrando piscẽ. Rñdetur ꝙ hoc animal vocatur anguilla vel piscꝫ ⁊ si querat quõ vocat ille piscis rñdetur ꝙ ille piscis vocatur carpo vł luceus ⁊ si querat quõ vocat hec herba rñdet hec derba vocat caulis vel ruta. Silr si queratur quõ vocat hec arbor rñdetur hec arbor vocat pirus pom9. Que omnes respõsiones sũt bone et tamẽ verbũ vtm̃ ibi nõ specificat p ntm̃ nois ꝓꝑij app9 ꝫ p ntm̃ nois appellatiui ꝗ contra supi9 dicta Dõm ꝙ omẽs iste respõsiones hñt modũ singularis qꝛ inferius sicut homo ↄpatuꝫ ad suũ supi9 habet modũ ꝓprie qualitatis ⁊ inferius vt species ↄpata ad sua indiuidua habet modũ appellatiẽ qualitatis Qua propter dicũt loyci ꝙ spẽs specialissima ẽ athoma .i. indiuisibilis et dicũt ꝙ duplex est singłare scꝫ singulare singularitate nature scdm quã illa ẽ singłaris hõ est species. Aliud est singulare singularitate suppositi siue indiuidui scdm quã illa est singłaris Sortes currit ⁊ sic est dicendũ finalit ad argumẽtuꝫ Qꝛ iste rñsiones facte ad illas introgatiões hñt modũ singłaris siue indiuidui hoc ẽ hñt ratiõeꝫ nominis ꝓꝑij. Ad ista interrogata qꝛ pauca habem9 indiuidua extra rationales creaturas. et ergo introgans q̃rit de illł respõsinis sub ratione ꝓꝑij nois et nõ appellatiui ꝛc.

Vna regula grãmaticalis ẽ ista. Qꝛ ↄiũcũo copulatiua et disiũctiua volunt ↄiungere similes casus ante et post. Exempluꝫ petr9

D 6

et iohannes. Unde alexander Jungere consimiles debet cōiunctio casus. Jungit diuersa coniunctio significata.

Exempla
Seruus et ancilla dormiunt
Plebanus et rusticus ludunt
Equus et asinus saltant
Sortes et plato philosophantur
Phebus et luna micāt
Thaurus vel equus arat
Magister vel scolaris cantat

Pro maiori regule declaratiōe

Est sciensū pmo q cū ɔiunctio sit psoōnis fcans p moduz coniungentis potest accipi dupliciter. Uno modo secundum suum modū significandi essentialem et specificum inquantum significat per modum coniungentis et sic coniunctio est indifferens ad cōiungendum non solum nomina ɔnomina participia sed etiā alia scz verba et aduerbia sic ergo eam considerando coniunctio habz modum generalem coniungendi quecunqz. Alio modo ɔsideratꝛ secundum suum modū significandi accidentalem inquantum contrahitur modus ɔiungentis per has differētias scilicz copulatiua disiunctiua. Sic eam considerando vult coniungere similes casꝰ ante et post respectu alicuius tercij. Quia cōiunctio copulatiua vl' disiunctiua de sua natura dicit vnionem extremorum adinuicez respectu alicuius tercij Ideo debet se tenere in vnione idemptitatis respectu tercij cum vtroqz extremo casuali ꝛ qꝛ ista extrema casualia que coniungit habent eundem modum construendi ab eadem parte et ex eadem vi respectu tercij ideo ista extrema casualia debent esse similia. Scias tamē q cōiunctio copulatiua et disiūctiua volunt ɔiungere siles casus sed differenter. Quia coniunctio copulatiua ɔiungit similes casus respectu alicuius tercij pluralis nūeri vt sortes et plato disputant Quia ɔiūctio copulatiua habet se ad modū tocius integralis ad cuiꝰ esse requiritꝛ pluralitas partium. Quia scdm pristianū coniunctio copulatiā est illius nature q ea q̄ ɔiūgit respectu alicuius tercij simul stare permittit denotās terciuz vtriqz extremoꝝ ɔuenire. Sz ɔiunctio disiūctiua cōiungit similes casus respectu alicuius tercij singularis nūeri vt sortes vel plato disputat Et ratio huius est scdm pristianū quia coniunctio disiunctiua est illius nature q illa que coniungit inter se respectu alicuius tercij ea disiungit et sic denotat tercium scz verbum tantum conuenire vni extremorum et remoueri ab altero.

Sciendū secūdo ꝙ ꝯiūctio tribus modis vi- det ꝯiūgere dissiles casus. Primo qn̄ genitiu⁹ rectus ex vi demōstratiōis essentie ꝯiūgitur nomi- ni adiectio vt equus est albus et magne velocitatꝫ. Scdo qn̄ geni- tiuus ꝯiungitur nomini possessiuo vt filius iliaci et martꝫ cōdide- rūt vrbem. Tercio qn̄ dictio aliqua potest regere diuersos cas⁹ ex eadem pte et ex eadeȝ vi vt plenū gratia et veritatꝫ. Quarto po- test addi quando vbuȝ nō ſcans motū exterioreȝ ꝯstruit cū casib⁹ absolute positis vt studui rome vl' vernone. In quibus predictis orationibus ꝯiunctio ꝯiūgit dissiles casus. Dicūt tamē aliqui con- iunctionem copulatiuā vl' disiūctiuam semper ꝯiungere similes ca- sus. et quāuis in predictis tribus orationibus cōiunctio copulati- ua nō ꝯiūgit explicite similes casus tn̄ implicite potest ꝯiungere si- miles casus. Quia prima equus est albus et magne velocitatis va- let illam equus est albi coloris et magne velocitatis vbi ꝯiūctio cōiungit similes casus. In scda aūt cōiunctio coniūgit similiter no- minatiū cū genitio explicite Implicite tamē valet illam filius ili- aci et martis condiderūt vrbem q2 in omni possessiuo deriuatio pt subintelligi genitiuus sui primitiui Tercia aūt oratio scꝫ plenū gra- cia et veritatis valet illam plenū gratia et plenū veritatis. et quā- uis ita posset dici tn̄ cōmunis mō⁹ loquēdi est in oppositū. Quō aūt debeat intelligi qd̄ dictū est patebit in sequētibus. Sed de illa studui rome. vel vernone posset dici ꝙ non est contra regulam q2 isti casus ponuntur loco aduerbiorum nobis deficientium in no- stra latinitate His presuppositis sit hec

Conclusio responsal. ꝙ cōiunctio copulatiua et disiūctiua copulantes dictiōes casuales rectas ab eadem parte et ex eadem vi debent con- iungere similes casus ante et post nisi tales dictiōes casuales po- nant post dictioneȝ natā cōstrui cū diuersis casib⁹ et post dictionē natā regere ex eadem pte et ex eadeȝ vi dissiles casus. Et ratio hui⁹ regule est q2 dictiōes casuales adinuicē p ꝯiūctioneȝ copulatiuam et disiunctiuam coniuncte respiciunt vnum et idem regens ex ea- dem parte et ex eadem vi ergo debent esse similiuȝ casuū q2 casus est dispositio substantie in ordine ad actum potest etiā ꝓbari auctori- tate alexādri dicētꝫ. Iūgere ꝯsimiles debet coniunctio casus Dicit ꝓmo ꝯiūctio copulatiua et disiūctiua xpt̄ excludere ꝯiūctioȝ expleti- uaȝ causalē ⁊ rōnalem que nō ꝯiūgunt siles casus ante et post quia coniunctio expletiua rōne specificatiōis potest mediare int̄ dissiles casus vt dicendo filius videlicet petri vbi illa ꝯiunctio expletiua

videlicet cadit inter diuersos casus. Quapropter dicit pristian⁹ po
mioris nō est mirꝫ ꝙ aliquādo dictiones vł'littere vł'sillabe supua
cue ponūtur cū sepe nūero cōiunctiones expletiue supuacue ponant
Similiter coniunctio causalis et rōnalis denotātes causam vł'ra-
tionem non coniungunt similes casus vt si pluat madescit Si di-
es est lucet. Si stertit dormit. Si ambulat mouetur vbi bona est sē
tencie ordinatio non aūt ecōuerso dicit Si madescit pluit Qua
propter dicit donatus coniunctio est ordinans sententiam Similit
de cōiunctione rationali dicitur currit ergo mouetur. Dicitur secū
do copulantes dictiones casuales q₂ aliqn̄ cōiunctio copulatiā et
disiunctiua cōiungunt orationes videlicet quando constituunt ꝓ
positionem ypotheticaꝫ copulatiuaꝫ vt sortes currit et plato mo
uetur si sortes currit sortes mouetur Dicitur tercio rectas ab eodē
regente et ex eadem vi Quia si dictiones casuales quas coniungūt
regerent a diuersis regentibus et ex diuersa vi tūc oportet cōiunc
tioneꝫ copulatiuā vel disiunctiuam mediare inter dissimiles casus
vt equus est albus et magne velocitatis vbi albus regit a verbo
est app⁹ ex vi nature Sed genitiuus magne velocitatis regit a no
mine equ⁹ ex vi demonstrationis essentie. Silr liber me⁹ et tui. vbi
me⁹ regit app⁹ a vbo est ex vi nature. et tui regitur ex vi ꝑtinentie
ab illo verbo est Dicit quarto dictiones casuales q₂ si coniungibi-
lia non sunt dictiones casuales tūc nō oportet cōiunctionem me-
diare inter similes casus vt hodie et heri audiui missam. Dicit qui
to nisi tales casus ponantur post dictionem nataꝫ ꝯstrui cū diuers
casibus ꝓpt illam studui rome vel vernone Dicit sexto vel post
dictionem natam regere dissimiles casus ex eadem parte et ex eadē
vi propter illam plenū gratia et veritatis vbi illa dictio plenū re-
git app⁹ abltm̄ et gtm̄ inter quos mediat coniunctio copulatiā q₂
isti casus reguntur ab eadem ꝑte ⁊ ex eadē vi videlꝫ ex vi pleni
tudis vł' ex vi effect⁹ cause material' vł' ex vi effect⁹ cause efficientis

Contra regulā arguit p̄mo sic

Cōiunctio nō ꝯiūgit siles casus appn et app⁹ ergo contra positiōꝫ
ꝯclusionis antecedēs probat q₂ aliqua coniunctio scꝫ disiunctiua
disiungit ergo non coniungit. tenet consequentia q₂ coniungere et
disiungere sunt opposita Modo opposita non possunt esse in eo-
dem. ꝙ autem disiungit patet per eius diffinitionem. Dicendum
ad probationem antecedentis ꝙ cōiunctio disiūctiua ꝯiūgit et dis
iungit Cōiungit enim extrema casualia inter se sub idemptitate ca
sus Disiūgit aūt ipsa respectu alicuius tercij et sic disiūgit et cōiun

git respectu diuersoꝝ et ergo licet coniungat extrema inter se rati⸗ one modisignificandi essentialis. tamen disiungit ea in ordine ad tercium ratione modisignificandi accidentalis.

Secūdo arguit. Illa ē ꝯgrua hodie et heri au⸗ diui missam et tamen ꝯiunctio nō cōiungit similes casus appn et app⁹ Añtecedens ꝓbatur quia cō iungit aduerbium cum aduerbio cui non accidit casus. Dicendū ꝙ nō est cōtra regulā. quia regula intelligitur quando coniunctio copulatiua ꝛ disiunctiua copulāt dcōnes casuales mō sic nō ē h.

Tercio arguit. Illa ē ꝯgrua studui rhome ꝛ athe nis ꝛ tñ ꝯiūctio nō ꝯiūgit siles ca sus appn ꝛ app⁹. vꝫ de se Dōm regula intelligit̃ nisi tales dcōnes casuales ponant̃ post dcōeꝫ natā ꝯstrui cū diuersis casib⁹ Etiā cō iūctio nō ꝯiūgit istas dictiones vt casuales. Sed vt aduerbia po sita loco aduerbioꝝ locoꝝ n ob deficientiū in nostra latinitate.

Quarto arguit. Ista admittit̃ Petre ꝛ iohan⸗ nes currite. ꝛ tñ, ꝯiūctio nō cō iūgit siles casus añ ꝛ post. qꝛ cōiungit vtm̃ cū ntō. Dicēdū ꝙ regu la intelligit̃ de orōne simpl'r cōgrua. mō ista oīo ꝫnon est simpliciter congrua sed figuratiue. scꝫ per cōceptionem personaꝝ admittit̃. vt tantū valeat petre tu ꝛ iohannes currite. Similiter dicendum est de ista O sacer dyonisi tu ꝛ tui socij orate.

Quito arguit. Ista ē cōgrua plenū gratia ꝛ vita tis. ꝛ tñ cōiunctio non ꝯiungit si⸗ miles casus ante ꝛ post. quia ꝯiungit abltm̃ cū gtō qui sunt casus dissimiles. Dicendū ꝙ regula intelligit̃ nisi tales dcōnes casuales ponant̃ post dcōneꝫ natā regere diuersos casus ex eadē parte ꝛ ex eadē vi. mō illa dictio plenū potest regere abltm̃ ꝛ genitiuū ex ea⸗ deꝫ vi. et eadē ꝑte scꝫ a ꝑte post ꝑ regulā Alex. Plen⁹ inops casū.

Sexto arguit. Si ꝯiūctio ꝯiūgeret siles cā⁹ añ et post seq̃ret̃ ꝙ v̓ba substātiua ꝛ vo catiua eēnt ꝯiūnctio. ꝓbat̃ qꝛ v̓ba substātiua ꝛ vtīa hñt cōiunge⸗ re siles casus sicuti ꝯiunctio ꝫ cōtra regulā. Dicendū negando con sequentiā ꝛ rō est. qꝛ licꝫ v̓ba substātiua ꝛ vtīa hñt ꝯiungere siles casus ad idē ꝑtinentes. nō tñ hñt ꝯiungere similes casus ad diuer sa ꝑtinentes. queadmodū ꝯiunctio ꝯiungit. qꝛ cōiunctio cōiungit similes casus ad diuersas res ꝑtinentes. vt inquit Alex. ibi Iun⸗ git diuersa cōiunctio significata. Sꝫ v̓ba substātiua ꝛ vtīa cōiun⸗ gunt similes casus ad eandem rem siue personam pertinentes. vt patet per Alexandrum in scda sui ibi. Horum consimiles ꝛc.

Septimo arguit. Ista est ꝯgrua septuagita octo vł paulo plus et tñ ꝯiunctio ꝯiūgit dissiłes casus q₂ cōiungit ntm̄ cū abltō q₂ septuagita octo est nti casus ⁊ paulo ablti casus. Dōm ꝙ ipsa est simplicił congrua et nō ꝯtra regłaȝ q₂ ibi cōiunctio nō cōiungit dissiłes casus ꝫ siłes q₂ cōiungit duos actōs ⁊ oīo valet tantum tercia declinatio habet termīationes septuogitaocto ⁊ paulo plus sic ꝙ illi acti regunł ab illo verbo habet app⁹ ex vi transitionis et ille abltūs paulo a noīe panl⁹ regitur ab illo cōpatiuo plus app⁹ ex vi cōpatiōis.

Octauo arguit. Ista est ꝯgrua equus est albus et magne comoditatis et tamē cōiunctio nō ꝯiūgit siłes casus añ et post q₂ cōiungit ntm̄ cū genitiuo. Dōm ꝙ nō est ꝯgrua per regulaȝ q₂ regula intelligił quādo copulat dictiōes casuales rectas ab eodem regente ex eadem parte et ex eadem vi. modo sic nō est hic q₂ albus regił a v̄bo est app⁹ ex vi nature et magne comoditatis regił app⁹ ex vi demōstratiōis essentie a nōie equus. Etiaȝ posset dici licet ꝯiunctio nō coniungit similes casus explicite tamen implicite.

Ecima regula grāmaticalis

Ecima regula grāmaticalis est ista. Q₂ quēcunqȝ casuȝ regit positiu⁹ eundem possūt regere cōpatiu⁹ et suplatiu⁹ a tali positiō descendentes. Exemplum sicut congrue dicitur diues pecunie ita etiam congrue dicitur ditio₂ pecunie ditissim⁹ pecunie. Unde florista. Quam sibi structuram primus gradus optinet. illam Supremus medius semper seruabit eandem.

	Dignus		diues	
Exempla	Dignio₂	laude	ditio₂	agri
	Dignissimus		ditissimus	

Sciendū. Q₂ ꝯpatio est quedā ꝓprietas graduū augmētuȝ vel decrementū adiectiuoꝝ designans. Vñ positiuus est quidam modussignificandi datus nomini ad designandum rem suam vt est in subiecto simpliciter sine excessu vt diues dignus plenus albus niger et sic de alijs. Sed compatiu⁹ est quidā modussignificandi datus nomini ad designandum rem suam vt est in subiecto cum excessu circa terminum vt ditio₂ dignio₂ plenio₂ ₂c. Sȝ suplatiu⁹ est quidā modussignificādi datus nomini ad designandū rē suaȝ vt ē in subiecto cū excessu in termino vt ditissim⁹ dignissim⁹ amabilissim⁹ ₂c. Ex quibus diffinitionib⁹ elicił diffinitio gd⁹ q̄ tlis ē. Grad⁹ ꝯpatiōis ē q̄daȝ mod⁹ficandi datus

nominū ad designandū rem suam vt est in subiecto simpliceꝛ cū ex
cessu citra ṫminuz. vł cū excessu in ṫmino Quia sicut vox ꝑ suaz ra-
tionem ꝭcandi est signum rei Ita vox ipsa informata modo ꝭcan
di hoc est per suā ratiōz ꝯsignificandi designat aliquā ꝓprietatē cir
ca rem existentem .et sic licet albus ꝭcat albedinē ꝯcernentem sub
iectum .tamē inquantū est signū positiui grad᷒ ꝭcat albedinē vt ē
in subiecto simpliciter et sine excessu His presupposit̄ sit hec.

Cōclusio Respōsalis

Qꝫ quēcunqꝫ casum regit positiu᷒ eundez
possūt regere ꝯpatiu᷒ et suplatiu᷒ ab eodez positio descendentes .
Que ꝯclusio ꝓbaꝛ p̄mo autoritate florilte dicētis Quā sibi struc-
turaz prim᷒ gradus obtinet illam Suprem᷒ medi᷒ semp seruabit
eandem Secūdo ꝓbaꝛ autoritate prisciani dicēt̄ positiuoꝝ ꝯstruc
tio in ꝯpatiuo et suplatiuo seruaꝛ Vt diues agri ditior agri ditissi-
mus agri Tertio probaꝛ ratione. illa habēt regere eundem casuz
que habent idem ꝭcatuz. et eundez modūsignificandi generalem
Sed positiu᷒ ꝯpatiu᷒ et suplatiuus sunt huiusmodi ergo habent
regere eundem casuz Maior patet Quia idemptitas in causis ar-
guit idemptitatem in effectibus . Sed minor ꝓbaꝛ Quia positiu᷒
inquātuz positiu᷒ ē distinctus gradus ab alijs non habet regere
aliquē casuz Sed inquantuz positiu᷒ importat aliqđ significatuz
vel aliquā qualitatem que participatur a compatiuo et superlati
uo ratione cuius possunt regere eundem casum scꝫ ratione plenitu
dinis Confirmaꝛ qꝛ compatiuus et superlatiu᷒ formantur a posi-
tiuo ergo habent regere eundem casum quem eorum positiuus te
net consequentia qꝛ deriuatiū sapit naturam sui primitiui Itez po
sita eadem causa ponitur idem effectus Sed causa regiminis que
est in positiuo manet eadem in comparatiuo et suplatiuo ergo ibi
manet idem effectus regiminis

Cōtra istā cōclusionē arguitur.

Primo sic Quecūqꝫ habēt diuersos modossignificandi habēt di-
uersa regimina Sed positiu᷒ cōpatiu᷒ ⁊ suplatiuus sunt huiusmo
di ergo habent diuersa regimina Maior patet quia diuersitas in
causis arguit diuersitatez in effectibus Sed modussignificandi est
causa regiminis Minor patet ex diffinitionibus eorum Dicēduz
licet positiuus ꝯpatiuus et suplatiuus hn̄t diuersos modossigni
ficandi speciales quibus ꝯsignificāt ꝓprietatē intēsibilē vel remissi
bilē secūduz magis ⁊ min᷒ tamen habent eundez modumsignifi-
candi generalem ratione cuius possunt regere eundem casum.

Secundo arguit. Quecūꝙ ſunt diſtincta ſpecifice quicquid ꝯuenit vni nō ꝯuenit alteri Sꝫ poſitiuꝰ ꝯpatiuꝰ et ſuplatiuꝰ ſūt diſtincta ſpecifice ergo nō poſſunt regere eundeꝫ caſuꝫ Maior ptꝫ qꝛ vnicuiqꝫ ſpēi cōcomitat̄ ꝓprietas ꝓpria ꝑ quā ab alia ſpecie differt Sꝫ mioꝛ ꝓbat̄ qꝛ ꝯpatiuꝰ nō eſt poſitiuꝰ nec ſuplatiuꝰ et econuerſo Dōm ad maiorē ꝙ lꝫ quicq̄d vni ſpeciei cōuenit nō ꝯuenit alteri ſecunduꝫ vnam et eandem rationem ſpeciei et loquendo de propriatate propria quarto modo. Tamen quicquid ꝯuenit vni poteſt etiam cōuenire alteri ſcōm aliā rationeꝫ loquendo de ꝓprietate propria ſecundo modo Modo comparatiuus et ſuperlatiuus nō regūt eundem caſum propria virtute· ſed virtute ſui poſitiui ſcilicet ex parte alicuius qualitatis ſpecialis ſcilicet ratione plenitudinis

Tertio arguit. Compatiuꝰ regit abltm̄ vtꝫ ꝑ donatuꝫ dicenteꝫ Cōpatiuus cui caſui ſeruit abltō tantuꝫ et ſuplatiuꝰ regit gtm̄ vt ptꝫ ꝑ alexandruꝫ dicētem Da gradui ſummo gtm̄ plura notantem ğ nō regūt eundem caſum quē eoꝝ poſitiuꝰ Dōm lꝫ compatiuus compatiue tentus regat ablatm̄ et ſimiliter ſuplatiuꝰ partitiue et ſuperlatiue tentus regat genitiuuꝫ tamē ꝯpatiuꝰ et ſuperlatiuꝰ tenti poſitie hoc eſt in virtute poſitiui regūt eundem caſū quē poſitiuꝰ Qꝛ ꝯpatiuꝰ et ſuplatiuꝰ ſcāt idem cū poſitiuo. mō poſita eadeꝫ cauſa ponit̄ idē

Quarto arguit. Si ꝯpatiuꝰ et ſupltūs regerēt eundeꝫ caſum quē eoꝝ poſitiuꝰ vel ergo illa idemptitas ꝯueniret ex parte nominis· vl̄ ex pte ſcati vel ex pte terminacionis ꝫ nulluꝫ eſt dicendū ğ ꝯtra regulaꝫ. ꝯn̄a tenet ex ſufficienti diuiſione Nō primū ſcꝫ ratione nominis qꝛ tūc qōlibet nomē haberet regere eundem caſū ex q̄ cuilibet nomini ꝯuenit ratio nominis. Nec ſecundum qꝛ tunc qōlibet v̄bale regeret eundeꝫ caſū quē ſuū verbum a quo deſcendit et cū quo habet idemptitateꝫ ſignificati qō eſt falſuꝫ qꝛ ꝯgrue dicitur amatoꝛ vini ꝫ nō amo vini Nec terciū qꝛ t̄minatio vocis nihil facit ad regimen Dōm ꝙ nulluꝫ illoꝝ eſt dicenduꝫ et ergo argumentuꝫ ꝓcedit ex inſufficienti diuiſiōe. qꝛ idēptitas regimīs origenalit̄ ꝯſurgit ex modo ſignificādi generali qui eſt ſcare per modum vt alterius et vt cuius vel per modum cui quem vel a quo.

Decima regula grammaticalis

Decima regula grammaticalis eſt iſta. Qꝛ omnis ꝯpatiuus ꝯptiue tentus poteſt regere apꝑ' abltm̄ vtriuſqꝫ numeri ſine prepo

sitione Exemplu3 vt doctior homine vel doctior hominib⁹ Vnde florista Da gradui medio sextum quem dirigit ipse.

Pro intellectu regule Est sciendū p̄mo q̄ ꝯpatiu⁹ capit̄ quatuor modis vno mō adiectiue et sic nō regit app⁹ casu3 sed requirit substantiuū secū ꝯuenire in tribus accidentib⁹ grammaticalib⁹ vt iohannes est fortior homo. Secūdo capit̄ ꝯpatiue et sic regit abltm̄ vtriusq3 numeri sine prepositione vt doctior homine vel doctior hominibus et sic capit̄ in presenti regula Tercio capitur partitiue et sic regit genitm̄ singularem nominis collectiui vel genitm̄ pluralem nominis non collectiui exemplum vt fortior plebis vel fortior hominū Quarto capitur scd̄m vim sui positiui et sic regit eundem casum quem suus positiu⁹ vt dictum est in regula precedenti.

Sciendum secundo. Q̄ compatiu⁹ habet app⁹ regere genitiuu3 vel ablatiū cuius ratio est Quia in ꝯpatiuo considerant̄ duo Primū q2 in ꝯpatiuo est ꝯpatio rei s̄cate per compatiuu3 in ordine ad re3 ad quā fit ꝯpatio Secundu3 q̄ in ꝯpatiuo est excessus citra terminu3 rōne primi sc3 rōne ꝯpatiōis regit app⁹ abltm̄ vtriusq3 numeri s̄cantem rem que excedit̄ ⁊ a qua aufertur pars q̄litat3 s̄cata p ꝯpatiū S3 rōe secūdi sc3 rōne excessus citra terminū regit app⁹ gtm̄ q2 ꝯpatiu⁹ et supltūs ābo ꝯueniūt in hoc q̄ dicāt excessū s3 differunt q2 ꝯpatiu⁹ dicit excessū citra terminū.i. infra t̄minū sb esse intenso vl' remisso S3 supltūs dicit excessū in termīo sic q̄ q̄litas per eam s̄cata nō p̄t ampli⁹ intendi sic ergo positiu⁹ ꝯpatiu⁹ et suplatiuus dicūt eandē q̄litatē lc3 dr̄nter q2 positiu⁹ dt eā simpl'r siue absolute sīn intensiōe ⁊ remissiōe S3 ꝯpatiu⁹ ⁊ supltūs dicūt eādez q̄litate3 cū excessu citra t̄minu3 vl' in t̄mīo Ex quib⁹ p3 vitas p̄cedent3 regule q̄ Quecunq3 casū regit positiu⁹ eūdez possūt regē ꝯpatiu⁹ et supltī⁹ exq̄ p ip̄os eadē q̄litas importat̄ His p̄supp̄oīt3 sit hec.

Conclusio respōsalis q̄ omnis cōpatiu⁹ cōpatiue tēt⁹ v̄tute ꝓpria potest regē abltm̄ app⁹ vtriusq3 numeri sine p̄positiōe vt doctior illo vl' doctior illis. Que cōclusio ꝓbat̄ primo autoritate donati dicentis Cōpatiu⁹ cui casui seruit ablatiuo tantū vtriusq3 nūeri sīn p̄positione. Scd̄o ꝓbat̄ autoritate p̄sciani dicēt3 in cōpatione q̄3 abl'tūs loco gti accipie͛d⁹ ē. T̄cio ꝓbat̄ autoritate floriste dicēt3 Da gradui medio sextū quē dirigit ip̄e. Q̄rto ꝓbatur ratione sic Om̄e illud potest regere abltū qd̄ s̄cat per mo

E4

dum dependentis vt ab altero· ꝫ cōparatiuꝰ cōparatiue tentus est huiꝰ
mōi ergo potest regē abltīū qui ſcat suū ſcatū ꝑ modū vt a q̄ Ma
ior ptꝫ qꝛ ille modus significādi vt ab altero est modus significādi
cui ꝓporcionat modus significādi ablti vt a q̄ minor ptꝫ ꝑ Alex. et
floristaꝫ Dicitur notant cōparatiue tentus ꝓpter cōparatiū partitiue
tentū qui vt sic nō regit abltīū ꝫ gtīū Dicit ỽtute ꝓpria qꝛ ꝯpatiꝰ
ỽtute impropa scꝫ ỽtute sui pōitiui regit eūdeꝫ casū quē suꝰ positiuꝰ

Contra arguitur primo sic Ille

casus qui est ꝓprius casus ỽboꝝ passiuoꝝ non potest construi cum
cōparatiuo. ꝫ ablatiuus casus est ꝓprius casus verboruꝫ passiuoꝝ
vt inquit priscianꝰ et alexander ibi Iste dat casus ꝫ nō potest ꝯstrui
cū cōparatiuo Maior ptꝫ qꝛ ꝓpriuꝫ vnius nō potest esse ꝓpriū alteri
us. Minor est nota de se Dicendū ꝙ lꝫ abltūs sit ꝓprius casus ỽ-
boꝝ passiuoꝝ et hoc loquēdo de ꝓprio secūdo modo. nō tamen est
ꝓpriꝰ casus ỽboꝝ passiuoꝝ loquēdo de ꝓprio quarto modo. qꝛ pro
prium quarto mō cōuenit vni soli omni et sp̄ ꝛ quicqd illo mō est
ꝓpriuꝫ vniꝰ nō est ꝓpriū alteriꝰ Sꝫ abltūs bene cōstruit cū verbis
passiuis ꝫ nō cū solis verbis passiuis Sꝫ etiā cū multꝭ alijs a ver-
bis passiuis scꝫ cuꝫ nominibus adiectiuis et verbis adiectiuis

Secūdo arguit.

Illud qđ cōstruit cū gtō nō po
test cōstrui cuꝫ abltō ꝫ cōparatiuꝰ
cōstruit cū gtō dicēdo maior hoꝝ caritas ꝫ nō cū abltō Maior pa
tet qꝛ sicut vnū ꝓporcionat vni Ita etiam vnū opponitur vni ex
primo periarmenias Sꝫ minor est ꝓbata in exō adducto Dōm
ad maioreꝫ licet cōparatiuꝰ tentus partitiue cōstruit cuꝫ gtō vt patꝫ
ꝑ aler. ibi. Pone gradum medium. tū cōparatiuus cōparatiue tentus
vult cōstrui cum ablatiuo sicut dictum est.

Tertio arguit.

Cōparatiuꝰ cōstruit cū dtō ꝫ nō cuꝫ
abltō añcedens ꝓbat vt iohes ē
similior petro vbi cōparatiuꝰ similior cōstruit cū illo datiuo petro ꝫ ꝯtra re
gulaꝫ Dōm lꝫ cōparatiuꝰ tentꝰ improꝑe scꝫ ỽtute sui positiui regit
dtīū qꝛ suꝰ positiuꝰ regit ipsū dicēdo siĺis petro similior petro ta-
men cōparatiuꝰ tentꝰ ỽtute ꝓpria scꝫ cōparatiue solū regit ablīm.

Quarto arguit.

Ablatiuꝰ ſcat suum ſcatuꝫ vt
a q̄ egreditur actus ꝫ nō vult
cōstrui nisi cū dictiōe ſcante actū ꝫ cōparatiuꝰ nō ſcat actū ergo non
potest construi cū abltō Maior ptꝫ ꝑ modū significandi ablatiui.
Minor patet qꝛ cōparatiuꝰ ſcat ꝑ modū sbstātie Dōm ꝙ maior so-
luꝫ habet ỽitatem de abltō cōstructo cū ỽbo passiuo tūc abltūs dꝫ

significare id a quo egreditur actus vel a quo infertur passio dicēdo verberor a petro non tamen habet veritatem de ablatiuo constructo cum comparatiuo vel cum alijs nominibus.

Quinto arguit. Si cōparatiu⁹ regeret ablatiuū vel hoc esset rōne q̄litatis sīgcate per comparatiuū vel ratione excessus ꝫ nullū illoꝝ est dicendū ergo compatiuus non regit ablatiuū. Maior ptꝫ q: non plura reperiuntur in cōparatiuo quā ista duo. Sꝫ minor ptꝫ scꝫ primū ꝙ nō ratione qualitatis q: tunc positiu⁹ regeret eundem ablatiuū quem comparatiu⁹ cōpatiue tentus ex quo idem significat cum compatiuo. Nec secundum scꝫ ratione excessus q: tunc ablatiu⁹ regeret eundem ablatiuum ex quo etiam importat excessum. Dicendū negando consequentiam. Quia compatiu⁹ nō regit ablatiuū nec ratione qualitatis nec ratione excessus. Sꝫ regit ablatiuū ratione excessus citra terminum. Quia per hoc ꝙ per comparatiuū comparatur res scilicet excedens et excessa adinuicem tunc per comparatiuū denotatur auferri pars qualitatis significata per comparatiuū a re excessa Qua ꝓpter ablatiuus casus sīgcans rem excessam bene ponitur in ablatiuo vt dicendo socrates est fortior platone vbi res excedens scilicet socrates comparatur ad rem excessam scilicet ad platonem ꝑ istā qualitatem scꝫ fortitudinem et socrates videtur auferre a platone quādam partem qualitatis siue fortitudinis sīgcate per compatiuū.

Duodecima regula grāmaticalis ē ista Oē suplatiu⁹ suplatiue tentus regit app⁹ genitiuum singularis numeri nominis collectiui. vel genitiuum pluralis numeri nominis non collectiui. Exemplum primi Iste est ditissimus populi Exemplum secundi Iste est ditissimus hominum Vnde alixander Das gradui summo genitiuum plura notantem.

Pro intellectu hui⁹ regule ē notandū Oē suplatiu⁹ quantū ad ꝓpositū sufficit pt sumi trib⁹ modis Primo adiectie ꝛ sic nullū regit casū app⁹ ꝫ reqrit ↄueniētiam cū suo sbstantiuo in numero in genere et in casu vt dicendo iohānes ē fortissim⁹ hō. Scdo sumit suplatiue siue ptītiē ꝛ vt sic regit acceptⁿ gtīū singlarē nois collectī vl' gtīū pluralē nois nō collectiui vt iohes est doctissim⁹ populi vl' iohānes est doctissimus hominū ꝛ sic capit hic in pn̄ti regula. Tercio sumit positiue ꝛ sic regit eundē casū quē su⁹ poitiu⁹ vt diues agri ditior agri ditissim⁹ agri q: sic

platiu⁹ includit in se ꝯcatiuꝫ sui positiui cū hoc aduerbio valde vł maxime. ratione cuius superlatiu⁹ habet regere eundeꝫ casuꝫ queꝫ suus positiuus. Ista autem distinctione premissa Sit hec.

Conclusio responsaꝉ ꝙ oīs suplatiu⁹ suplatie tēt⁹ vult app⁹ regē gtīm singularē nomīs collectiui vł gtīm plurale nois nō collectiui ꝑter istū casū quē regit v̄tute sui positiui Que ꝯclusio ꝓbaꝉ p̄o auctoritate donati dicētꝫ. Suplrūs cui giō tm̄ pli. vł collectio singłari vt v̄gili⁹ est optim⁹ plebis vel opti⁹ poetaꝝ. scdo ꝓbaꝉ autoritate floriste dicētꝫ. Insup inclus⁹ grad⁹ his vult eē supm⁹ vbi innuit ꝙ regimē suplti includiꝉ in regīe ꝑticiōꝫ ꝛ exēplificat. pe. he. est opti⁹ hoim vł opti⁹ gentꝫ. Tercio ꝓbaꝉ autoritate alexādri dicētis. Ds ḡdu i sūmo gtīm plura notāteꝫ Quarto ꝓbaꝉ ratōe Quicquid habꝫ depēdentiaꝫ ad aliā dictiōeꝫ ꝑ modū vt alteri⁹ hoc potest app⁹ regere gtīm ꝯcanteꝫ ꝑ modū vt cui⁹ est alteri⁹ sed suplatiu⁹ est huiusmodi ergo potest app⁹ regere gtīm maior ꝛ miōr note sunt de se.

Contra regulā arguiꝉ p̄mo sic.

Illud est impossibile ad qđ sequiꝉ impossibile. Sꝫ ad ꝯstructioneꝫ suplti cū gtō sequiꝉ impossibile ḡ suplatiu⁹ nō potest ꝯstrui cū gtō Maior ptꝫ qꝛ possibili posito in esse nullū sequiꝉ impossibile ex p̄mo periarmenias et nono methaphisice. Sed minor ꝓbaꝉ qꝛ ad ꝯstructioneꝫ suplatiui cū gtō sequiꝉ impossibile qꝛ ad illaꝫ socrates est fortissimus hominum sequiꝉ illa socrates est fortior seipso quia socrates est de numero hominum qui sūt fortes. Sed quia nihil est fortius seipso ergo sequiꝉ ꝙ constructio superlatiui cū genitiuo includit impossibilitatem Dicendum ad maiorem illud est impossibile ad quod sequitur impossibile concedatur Sed quando dicitur ad constructionem superlatiui cum genitiuo sequitur impossibile negatur et quando dicitur ad illam sortes est fortissimus hominum sequitur illa socrates est fortior seipso. Dicendum ꝙ illa expositio est falsa sed debet sic exponi socrates est fortissimus hominum vel socrates est fortior homine id est socrates est fortior omnibus hominibus alijs a se Sicut qn̄ diciꝉ celuꝫ tegit omnia a se qꝛ differētia est inter distributioneꝫ ꝯpatiui et suplti. Qꝛ ꝯpatiuus distribuit terminū ꝯmuneꝫ sequentem ꝓ omnib⁹ suis suppositis Sꝫ suplatiu⁹ distribuit terminū ꝯmunem sequentē ꝓ reb⁹ excessis magis distincte quā comparatiuus ratione partitionis quam superlatiu⁹ importat cū excessu quē excessuꝫ ꝯpatiu⁹ dicit absolute